redēptõe generis humani maxime nccãria
ꝛ iuxta diſpoſitõem bonitatis dei ſimplicit
optuna. Hoc de quarta pte huiꝰ articuli. ꝛ
ſic de toto articulo. ¶ His pmiſſis r̄ndet ad Ad.1
rões. Ad pmã. neget añcedēs. Ad pbatõʒ
dr̄. ꝙ ſi albedo eēt aſſūpta: deꝰ ab ea diceret
albꝰ. ꝛ de h̄ ē dictū ſatis ĩ ſolutiõe pmę rõis
factę ĩ oppoſitū ſcḋe ꝯcluſiõis pmi articuli
¶ Ad ſcḋam dr̄. ꝙ eē capacē ſupmi boni põt Ad2
ĩtelligi duplr̄. Uno mõ habitudie relatiua 1
qua denoiat deificata. Et h̄ mõ dr̄. ꝙ imo
infima natura poſſit deificari. ſ. denoiatiõe

relatiua.qꝛ i vnitatē diuini ſuppoſiti aſſu
2 mi.¶Alio mō ꝑ realē inheſionē:q̄ ꝑfectiorē
naturā ſequit̄ ꝑfecti⁹ bonū. Et h̄ mō ꝯcedit̄
maior:⁊ negeť ꝯn̄tia. Et ad ꝓbatōꝫ ꝯn̄tie
negeť:ꝙ min⁹ bonū eēt alicui dari donūꝫ ſu
per hoiem:q̄ꝫ vniri hypoſtatice.qꝛ donum
nō pōt ꝯpetere niſi hn̄ti rōem ꝓprie.⁊ ideo
nō pōt dari nature nō hn̄ti ꝑfectōꝫ intrinſe
cā rōis.ſꝫ vniri hypoſtatice nō pl⁹ dicit q̄ꝫ i
ſuppoſito diuio ſuſtētari. h̄ aūt nō videt̄ in
cludere aliquā ꝑfectōem intrinſecā nature
ei⁹ q̄ aſſumit̄. Verꝫ ē ꝙ eē deū itrinſece vl' eēn
tialiter: vel cognoſcere deū:q̄ ꝑfectōeꝫ intrin/
ſecā dicūt:nō pn̄t ꝯpetere nature irrōnali.ſꝫ
aſſumi i vnitatē ſuppoſiti nihil taliū impor
Ad 3 tat: vt dictū ē.¶Ad terciā.ꝙ q̄ꝫuis aſſūptō
hypoſtatica nature rōnalis termiet̄ ad vni
tatē ꝑſone.tn̄ aſſūptio nature inaīate q̄ na/
ta ē eē ſuppoſitū:termiaret̄ ad eē ſuppoſitū.
¶Scđo nature q̄ nō ē nata eē ſuppoſitū:ſi
cut macia vel albedo nō t̄miaret̄ ad eē ꝑſo/
nā vel ſuppoſitū:ſꝫ ad eē ſuppoſitatū a ſup
2 poſito diuio.¶Vel breui⁹ ꝙ t̄miet̄ aſſūptio
hypoſtatica ad vnitatē ꝑſone diuine.puta
ꝙ ꝑſona diuia ſuſtineat naturā quā aſſum
pſit tāq̄ꝫ ſuo ſuppoſito inſertā.nō aūt t̄miat̄
i vnitatē ꝑſone natura q̄ aſſumit̄.mō t̄mia
ri ad vnitatē ꝑſone diuie:nō pl⁹ ꝯuenit na
ture rōnali q̄ꝫ irrōnali de potētia dei abſolu/
ta.¶Ad.iiij.negeť ꝑ ma ꝯn̄tia.⁊ ad ꝓbatōꝫ
Ad 4 concedit̄.ꝙ ſi ṽbū vniret̄ lapidi:ṽbū eēt la/
pis. Cōcedit̄ etiā.ꝙ quelibet ꝑs lapidis ſit
lapis.⁊ nō minus aſſūpta ſit q̄ꝫ totus.¶Et
1 cum infert̄.ergo quelibꝫ ꝑs lapidis eſſet de
us. Dicit̄.ꝙ q̄ꝫuis i hoc caſu lapis eēt deus
tamen hoc nō eſt ꝓ natura lapidea aſſum
pta.ſed hoc ē ꝓpter naturam diuinā: vl' eti
am ſuppoſitū diuinū:aſſumēs naturam la
pideā:cui⁹ nature diuine aut etiaꝫ lapidis
qui eēt deus:nulle ſunt partes:inquātum ē
deus. Sed ratōe nature aſſumpte eius ſūt
ptes:quaꝝ nulla eēt deus.ſicut nec natura
2 humana i ṽbo ē deus.¶Secūdo.ꝙ hic t̄mi
nus lapis i hoc caſu nō p̄dicaret̄ de deo niſi
inq̄ꝫtum ē nomē ſuppoſiti.quod vtriq̄ꝫ ptibꝫ
eius nō ꝯuenit.⁊ ergo nulla ꝑs lapidis ē de
us. Cōicatio em̄ idiomatū ē i nomibꝫ ſup/
poſitoꝝ:nō in nomibꝫ ꝑtiū.qꝛ ꝑfectrōi diui
ne repugnat: vt de ea p̄dicent̄ nomia ꝑtium
Xp̄s em̄ i triduo nō erat anima:nec etiam
erat materia.q̄ꝫuis illa erāt aſſumpta ⁊ di/
uiſa.quia nomina illa nō ſunt nomia ſup
poſitoꝝ.¶Sed eſt bona dubitatio. vtꝝ na

tura lapidis aſſūpta maneat lapis? Et vi/ Dubiū
deť ꝙ ſic.quia cū lapis nō ſit nomē ſuppoſi
ti.ſed de ꝑte dicit̄ ſicut de toto:quare nō ma
neret pars lapidis aſſumpti poſtea lapis ſi
cut an̄.¶Et cōfirmat̄.quia humanitas aſ Cōfir.
ſumpta manet humanitas.corpus aſſum
ptū manet corpus.⁊ anima aſſumpta ma
net aīa:quare ergo ꝑs lapidis que nūc eſt
lapis:etiā aſſumpta nō māeret lapis.¶Re Soluit̄
ſpōdet̄ ꝓbabiliter.ꝙ lapis qui nūc ē:ſi aſſu
meret̄.nō maneret lapis:ꝓut lapis ē nomē
ſuppoſiti. Pꝫ.quia nō ſuſtētaret̄ ꝓprio ſup
poſito:ſed a ſuppoſito aſſumente.¶Vn̄ ſi
cut i dulci ⁊ miſericordi ſaluatore humani
tas nō eſt ſuppoſituꝫ,ita neq̄ꝫ natura lapi/
dea ſi aſſumeret̄ maneret ſuppoſitum:neq̄ꝫ
lapis. Al's em̄ oporteret tūc ꝯcedere ꝙ i xp̄o
eēnt due ꝑſone.ſ.nūc humanitas:⁊ tunc aſ
ſumpta natura lapidea.⁊ ſic eēnt in eo duo
ſuppoſita.¶Scđo.ex hoc ſequit̄.ꝙ nulla ꝑ
tium maneat lapis:ꝓut ē nomē ſuppoſiti 2
ꝓprie.quia nō plus pars q̄ꝫ totū. Sed to/
ta natura aſſumpta nō manet lapis.ğ nec
ꝑs eius.immo etiā aſſumpti ꝑs nō eſt ſup/
poſitum.¶Vel poteſt dici.ꝙ in hoc caſu la
pis predicaret̄ de ſuppoſito aſſumēte deno/ alr̄ ſoluit̄
minatiue:tanq̄ꝫ nomen ſuppoſiti.p̄dicaret̄
aūt de ꝑtibus vt nomē nature:ꝓut ē nomē
nature.naꝫ minus p̄dicat̄ de natura aſſum
pta lapidis q̄ꝫ de ea ſi nō eēt aſſumpta.⁊ ſic
maneret lapis ⁊ quelibet partiū.ſꝫ nō ma/
nerꝫ ſuppoſitū.quia hoc ꝑtibus nō conue
nit:nec nature aſſumpte ꝯueniret.¶Et eo 2
dem modo ē de alijs nomibꝫ homogenijs.
Sic em̄ tam humanitas: q̄ꝫ quelibet eius
pars eſt ſubſtātia.ſed nō eſt illa ſubſtantia
que eſt verbū. Sūt em̄ multa que vniuoce
p̄dicant̄ de toto ⁊ de partibꝫ.quoꝝ res aſſum
pta denomiaret illo nomie ꝑſonā aſſumen/
tem:ꝓut eſt nomē ſuppoſiti.ſed nō denomi
naret ꝓut ſupponit ꝓ parte:ꝓut notum eſt
¶Et ergo q̄ꝫuis pars lapidis maneat lapiſ
ꝓut lapis eſt nomē nature. nō tamē eſt la/ 3
pis ꝓut li lapis denominat aſſumētē. Pro
ſolutōe rationū adductaꝝ ꝓ alia opinione ad rōes
volo p̄mittere aliquas ꝓpoſitōnes ꝓbabi/ ꝯrie opi.
tes apud me.nihil aſſerēdo.ſed ꝓbabiliter
ſub correctōe doctoꝝ media via ꝓcedendo
Quaꝝ p̄ma eſt hec. De potentia abſoluta Cōclo .1
dei:poſſibile eſt verbū dei aſſumere creaturā
rationalē.⁊ illam cum hoc eſſe inſciam ſue
aſſumptionis. Patꝫ.quia aſſumptio i vni
tatem ſuppoſiti ē actus nō neceſſario infe

rēs ſcientiā ſuę aſſumptōis.ergo pōt ſtare ſi
ne illo.Cōſequētia nota ē.quia ſi nō poſſꝫ:
tūc inferret in cōſequētia neceſſaria naturā
rationalē aſſumptā ſcire debere ſuam aſſum
ptionē. Añcedēs ē manifeſtū.qa nullū in/
cōueniēs ſimpliciter ſequeret.ſi natura rati
onalis aſſumeret.ꝛ ſibi nullū ſcire ꝯmunica
pbat.2. ret.¶ Scdo.qꝛ donū ſciētię ē vtiqꝫ donū di
ſtinctū cōtra donū aſſumptōis.quare ergo
opteret:ꝙ deus nō poſſꝫ cōicare vnum ſine
Cōcl'o.2 alio.¶ Secūda ꝯcluſio ſtat:ꝙ natura aſſu
mat.ꝛ ꝙ nulla ſibi gr̄a ꝯferat gratū faciēs.
Pꝫ ex pcedēte.qꝛ pt eē aſſūpta:ꝛ neſcire ſe eē
aſſūptā.q̄to magꝭ pt eē aſſūpta ꝛ nō eē i gr̄a
¶ Itē ſic arguebat.aſſūptio ꝛ gratię collatō
ſunt actus diſtincti ſibi imptinētes. quare
ergo abſolute nō poſſet ſtare aſſumptio ſi/
Cōcl'o 3 ne alio.¶ Tercia ſequit.ꝙ ſtat naturam eē
aſſumptā ꝛ tamē eē liberā libertate oppoſiti
onis:ad peccandū ꝛ nō peccandū.Pꝫ ex ꝓ
ma.quia ſtat eam nō ſcire ſe eē aſſumptaꝫ.
2 quare ergo nō ſtaret eam eē liberā. ¶ Patet
etiam ex ſecūda.quia ſtat eaꝫ eē aſſumptā
ꝛ nō eē gratā.quare ergo nō ſtaret eaꝫ poſ/
3 ſe peccare.¶ Tercio pbat rōne.qꝛ potētia q̄
nō ē pfectior i rōne actꝰ ꝓmi:neqꝫ habitꝰ ſu
padditi.nō ē pfectior in ratiōe actꝰ ſecundi
q̄n quicq̄d poſſꝫ nō aſſumpta:etiā poſſꝫ aſ
ſumpta.Sed natura rōnalis pōt ſic aſſu/
mi ꝙ nō ſit pfectior i rōne actꝰ ꝓmi.qꝛ vnus
pōt actꝰ eē eius ꝓmꝰ ꝛ idē.ſiue ſit illa natura
aſſumpta ſiue nō.Et etiā patet ꝙ nō ſit pfe
ctior in rōne actus ſcdi.nec quo ad ſcire: p
ꝓmā.nec quo ad diligere:pꝫ p ꝯcluſionē ſe
Corre. cundā.¶ Correlariū ſequit ex dictis.ꝙ abſo
lute ꝛ vniuerſalit melius ſit accipe ỽbū mē
te.miſſum p ſapiam et gr̄am: q̄ꝫ carne miſ/
ſum in carnē.Pꝫ.quia ꝓmū facit ſemp gra
tū:nec ſtat oppoſitū.ſcd'm nō neccario ſꝫ cō/
tingēter:ſicut deo placet donare ſua dona.
Vñ Aug.in libro de ſancta ỽginitate Me
lius eſt deū mente cōcipe q̄ꝫ carne.vbi ma/
nifeſte patet ppoſitum.¶ Sed contra dice
tur p gloſam allegatā an oppoſitū:quę eſt
Aug.ſup illud Ioh.j. Et verbū caro factū
ē ꝛc.dicētis.ꝙ maius ē verbū eē factū carnē
q̄ꝫ poſſe fieri filiū dei p gr̄am.¶ Rñdet ꝙ be
atus Auguſtinus nō velit dicere:ꝙ maius
ſit vniri p ſubſiſtentiā:ſecluſa gratia:q̄ꝫ vni
ri p gratiā:ſecluſa ſubſiſtentia in pſona filij
Sed ꝙ maior dignitas oſtēſa ſit in hypo/
ſtatica vnione iam facta:q̄ꝫ fieret in vnione
p gratiā:quę fieret ſine aſſumptōe.Patet.

quia illa includit iſtā.Nō em̄ ſoluꝫ ē facta
vnio hypoſtatica:ſed data ē naturę plena
gr̄a p ſe ꝛ omībus mēbris p redundātiam.
ꝛ hoc ē magis.¶ Quarta cōcluſio.videt mi Cōcl'o 4
hi.ꝙ abſolute poſſibile eēt naturā rōnalē eē
aſſumptā:ꝛ peccare.pꝫ ex p̄cedēte.¶ Scdo pbat.2.
qꝛ vel aſſumptiōem ſequit impeccabilitas.
Et hoc nō.qꝛ diſtincta dona ſunt.vel nō ſe
quit:ꝛ habet.ꝙ aſſumpta natura pt pecca/
re.¶ Tercio.qꝛ hęc ꝯñtia vtiqꝫ nō videt bo 3.pbat
na:hęc aīa ē aſſūpta.ḡ neccitat ad bñ agen
dū.ḡ ꝯcluſio vera.Cōſeq̄ntia nota.qꝛ ſi nō
neccitat ad bñ agēdū:poterit peccare.Añce
dēs pꝫ.qꝛ diſtincti actꝰ ſunt aſſumptio.ꝛ a
pctō cohibitio.ḡ deꝰ pōt facere vnū eoꝝ abſ
q̄ꝫ alio.¶ Quinta ꝯcluſio.Videor mihi(q̄ꝫ Cōcl'o.5
uis Durādꝰ ꝛ alij doctores videāt ſentire ꝯ
triū)ꝙ q̄ꝫuis natura aſſumpta ſtāte ſua aſſū
ptione peccaret.tñ pſona aſſumēs nō dꝫ di
ci pctōr.¶ Probat ꝓmo ſic.Omīs pctōr ex pbat.1.
eo ē pctōr:vel qꝛ facit qđ tenet nō facere.vl
qꝛ nō facit qđ tenet facere.Et nullo iſtoruꝫ
modoꝝ pſona aſſumēs poteſt dici pctōr.q̄ꝫ
uis etiam aſſumpta natura peccaret.ḡ ꝛc.
Maior ē nota ſufficiēti diuiſione.qꝛ omē 1
pctm̄ ē ꝯmiſſionis vel omiſſionis.ꝛ ſic ē ali
cuiꝰ iſtoꝝ duoꝝ modoꝝ.Et minor pꝫ.qꝛ p/ 2
ſona aſſumēs ad nihil tenet.cum deus ne
queat eē debitor pprie:vt dictū ē libro.j.per
magiſtꝝ.nec tenet aliquid facere vel nō fa
cere.¶ Secūdo.ſuppoſitū diuinū nō agit pbat.2
actū eo mō quo ſibi nō placet.ſed actus de
formis put ē pctm̄:ſibi nō placet.igitur ꝛc.
¶ Patꝫ maior.quia iuxta opinionē pbabi
liorē:i naturalibꝫ actōibꝫ diſconueniētibꝫ.
formę ſubſtāles ꝛ ſuppoſita nō ꝓncipalit a/
gūt:vt aqua vel forma aq̄ introducta cali/
ditate:n̄ ꝓncipalit calefacit p illā.ſꝫ h̄ ime
diate facit caliditas directa a cauſ vlibꝫ.
qđ pꝫ.qꝛ aq̄ ꝯtinue remittit caliditatē:ceſ/
ſante impedimēto.Si ḡ ſilr agit cū ea:tūc
agit ſilr ꝛ ſelr reſpectu eiuſdē modis ꝯ̄rijs ſ.ca
liditatē corrūpēdo:ꝛ aliā caliditatē p eā irē
dēdo Scdo etiā.qꝛ ꝓus ē caliditatē i aq̄ ꝯſ
uare:q̄ꝫ cū ea agere.mō aq̄ illā caliditatē n̄
ꝯſuat.cū eā remittat i q̄ꝫtū pt.ḡ nec agit cū
ea.¶ Si ḡ nałalia ſuppoſita nō agūt i acti
onibꝫ ſibi diſcōueniētibꝫ.q̄nto minꝰ pſonę
diuię aſſumēti attribuet agere actōꝫ reſpectu
illiꝰ modi q̄ ſibi nō placꝫ.pſertim cū nō mi/
nus vnita ſit q̄litas diſcōueniēs ſuo ſbiecto
q̄ꝫ natura aſſūpta ỽbo.mior pꝫ ps̄.118.dicē
te pph̄a i pſona dei.Oēm viā iniq̄tatꝭ odio

habui. Et Judith.v. De⁹ em̄ illoꝝ odit ini
quitatē. inq̄t Achioꝛ dux filioꝝ Ammō ad
pbat.3 Holofernē: de iudeis loqns.. ¶ Tercio. q2 v̄
ba defectū ſonātia: ꝑpter quecūq3 caſū omi
potētie nō ſunt deo attribuēda. Nō pecca-
re ſp defectū impoꝛtat. ḡ ꝑpter quecūq3 caſū
que ex oīpōtētia pſona diuia faceret: nō d3
deo atrbui. etiā ſi natura aſſūpta ſibi pmiſ-
pbat. 4 ſa ex libertate ſua peccaret ¶ Quarto ſic. aliq̄
p̄dicata dicūt i caſu poſſibili de natura aſſū
pta: q̄ nō dicunt de deo. ḡ ꝑpt cōicatōz idio
matū: p̄dicata defectū ipoꝛtātia. q̄uis natu
ra eēt aſſūpta q̄ peccaret: nō debēt dici de deo
ꝯña tenet. q2 ſi hmoi p̄dicata deberēt dici de
deo: h̄ maxie eēt ex eo. q2 rōne cōicatōis idi-
omatū: oia p̄dicata ſpālit nata denomiare
ſuppoſitū pſone aſſumēti deberēt ꝯpetere qḋ
tn̄ nemo dicit. Añcedēs pt3. q2 ſi v̄bū acci-
P3.1. per petꝛ: filiū berte adultū i vnitatē ſuppo-
ſiti: tūc q̄uis v̄bū eēt Petr⁹: nō tn̄ eēt fili⁹
berte. eo ꝙ nūq3 naſcebat̄ i vtero: nec ex vte
ro berte. tn̄ natura aſſumpta fuit filius ber
2 te p caſum. Silr hūanitas xp̄i fuit peccabi
lis. q2 potuit dimitti. ꝛ plenitudine grē ſpo
liari de pōtētia abſoluta. ꝛ tn̄ verbū nō erat
3 peccabile ¶ Et tercio. q2 iuxta dicta i primo
articulo: verbū poſſ3 aſſumere lucifeꝛ i vni
tatē ſuppoſiti. quo facto hec eēt vera. verbū
ē lucifer. nō tamē eēt hec vera. Verbū ſuper
biuit in celo. q2 hoc lucifer creatura fecit añ
p.5. eaḋ aſſumptōem. ¶ Quinto. quia de verbo non
Loc9.5 conceditur ꝙ ſit creatura: q̄uis ſuppoſito na
ture ꝯueniret eē creaturā. ergo min⁹ cōcedit
ꝙ v̄bū peccet. q̄uis natura peccaret. Conſe
quētia tenet. q2 peccare nō dicit minus in-
cōueniēs de deo q3 eē creaturā. Añcedēs p3.
quia creatoꝛ nō ē creatura. Nec ſine addito
hec admittit. Xp̄s ē creatura p doctores no
ſtros. Et beatus Aug. de agone xp̄iano. Nō
eos audimus qui dicūt xp̄m eē creaturam
ↄ arg.1. ¶ Sed cōtra dicit. Actōes ſunt ſuppoſito-
rum. ergo ſi natura aſſumpta peccaret: chri
ſtus peccaret. Cōſequētia tenet. quia xp̄us
2 nō eēt aliud ſuppoſitū. ¶ Secūdo quia ad
min⁹ chꝛiſtus peccaret i natura aſſumpta.
Pat3 ꝯſequētia de ſe. quia illa peccaret. Fal
ſitas ꝯſequētis pat3 p gloſam ſup illud ad
Hebreos. ij. Minuiſti eū paulominus ab
angelis: dicentē. Natura humane mentis
quā de⁹ aſſumpſit: ꝛ q̄ nullo pctō deprauari
potuit: ſolus deus maioꝛ eſt. ḡ vult Aug. ꝙ
natura aſſumpta a verbo: nullo peccato poſ
ſit deprauari: ne v̄bū dicat̄ peccatoꝛ. ¶ Ter-

cio. ſi v̄bum natura peccāre nō deberet dici 3
peccare. ergo etiā ea meritorie agēte: nō de-
beret dici mereri. Falſitas p3 infra di. xviij
Et pt3 ꝯſequētia. quia peccare ꝛ mereri ha
bent fieri circa idē. q2 ſunt oppoſita. ꝛ ex ꝯſe
quēti qḋ ꝑpt naturā d2 mereri: etiā ſi pecca
ret diceret demereri. ¶ Quarto. q2 ſi natura 4
aſſumpta poſſ3 peccare: ſtaret xp̄m ſm na-
turā aſſumptā damnari. ꝯñs videt̄ incōue
niēs. ꝛ ꝯñtia pbat. q2 q̄ rōne natura aſſum
pta potuit peccare: pōt dānari de abſoluta
dei potētia. ¶ Quīto. q2 actio ſp pl⁹ attbuit̄ 5
pncipali agēti q3 inſtro. Nō i omi actōne
ſuppoſitate nature: ipa natura ē inſtrm̄ti
tatis. ḡ ſi natura peccat: ſuppoſitū peccat.
¶ Ad has rōnes q2 nō ꝯcludūt: rn̄det. Ad Ad i
p̄mā. ꝙ vex ſit. ꝙ actiōes ad intra ſunt ſup-
poſitoꝝ. ſed ad extra pn̄t dici actōes totius
trinitatis vel nature diuine. Nō em̄ aliquā
actōē3 nature aſſumpte pl⁹ fecit filius q3 pr̄
cu3 omia opa trinitatis ſint indiuiſa ad ex
tra: vt dictū ē a beato Aug. Et Johis. xiiij.
dicit ſaluatoꝛ. Pr̄ aūt in me manēs ipſe fa
cit opa. ¶ Scḋo dicit. ꝙ i creaturis actiōes 2. & ad
ſunt ſuppoſitoꝝ q̄ ad denoīatiō3. vt ſi quis eandē
ledat̄ ab aqua calida: dicit aquā hāc leſio-
nē feciſſe. q̄uis (vt dictū ē in deductōe ꝯclu
ſionis) eā aqua nō fecerit: ſed cōtra conata
fuit. ſola aūt caliditas cū cauſis vniuerſa-
lib9 illā aduſtionē fecit. Sūt tamē ſuppo
ſitoꝝ in creaturis actōes ꝯueniētes. nō au
te3 diſcōueniētes. Admiſſo tn̄ añcedēte ne
get ꝯñtia. Et ad pbatōem d2. ꝙ peccare ſꝫ
ea rōe qua peccare: nō ē agere ſed deficere. ḡ
nō ē incōueniēs: ꝙ q̄uis ſuppoſitū p̄ncipa
lit dicat̄ agere: tn̄ cū hoc bn̄ ſtat. ꝙ ipm̄ defi-
cere ſit nature aſſumpte. Vn̄ i omi actiōe q̄
q̄s peccat: de⁹ p̄ncipali⁹ agit actū. q2 ipſe eſt
ꝛ agit vt cā p̄ma: reſpectu actōis ꝛ bonitat̄
eius. ſed reſpectu defoꝛmitatis ꝛ defectus: ſo
la creatura dicit agere. ꝛ ita eſt hic. ¶ Ad ſe Ad 2
cundam quidā ꝯcedūt conſequēs: dicētes
ꝙ de potētia abſoluta dei ꝯſequēs non ſit in
cōueniēs. ſ. dimiſſa natura ſue ꝑprie liber-
tati: ea3 poſſe peccare. ꝛ ſic deu3 peccare ſm
naturam aſſumptā ꝑpter cōicatōem idio-
matū. ¶ Ad gloſam allegatā dicūt. ꝙ intel
ligit de hūanitate iā aſſumpta: eo mō quo
nūc aſſumpta ē. ꝛ de ea eſt verum. ꝙ nullo
peccato deprauari potuerit de potentia dei
oꝛdinata. quia iam erat compꝛehendēs: ſi
ue beata btitudine p̄miatoꝛia ꝛ ibi figitur ꝛ
confirmat̄ ſic appetitus in bonum. ꝙ nullo

Aliť R̄. ad.2. mõ poſſit declinare in malum.¶Sed ali/
ter dr̃ conformiter dictis.negando aſſum/
ptũ.ſ.ꝙ hoc ſequaẗ.ꝙ deus peccaret in natu
ra aſſumpta.Ad pbatiõem.cõcedit̃ ꝙ illa
peccaret.ſed quia illa actio vt eſt peccatum
diſcõueniẽs eẽt verbo.ſic ꝙ vt ſic ad eã ſub
rõne peccati nõ cõcurreret:nõ denominaret
verbũ.nec ſimpliciter nec ẜm quid. Sicut
ſuppoſito ꝙ aqua reſiſtat calefactioni:quã
facit caliditas ſibi introducta:ipa nec ſim
pliciter dicit̃ calefacere.nec ipſa calefacit ẜʒ
caliditateʒ introductã.cum ipa illã calidi/
tatẽ nõ dirigat ad calefaciendũ. Sicut eti
am hic verbũ nõ dirigit naturã aſſumptaʒ
Ad 3 ad peccandũ:q̃uis pmittat.¶Ad terciam.
negeẗ cõſequẽtia.q2 meritorie agere ẽ agere
ꝯueniẽs verbo.⁊ ideo ad hoc dirigit naturã
⁊ ẽ natura inſtrumẽtũ eius. Secus ẽ de pec
care nõ ꝯueniẽti ṽbo.Vñ de facto ṗncipali
ter deus om̃ia opa noſtra meritoria facit.et
pꝛincipalius q̃ʒ nos p ſuã grãm.tamẽ nõ ſe
quit̃ ꝙ ṗncipalius agat pctã.¶Ad pbatio
nẽ ꝯntię dicit̃.ꝙ illud.ſ.ꝯtraria hr̃e fieri cir
ca idẽ:intelligit̃ reſpectu naturę quã forma
lit̃ denoiant i eẽ q̃lis.⁊ nõ reſpectu ſuppoſiti
ſic eñ vera ẽ i ꝯrie ⁊ ꝑuatiue oppoſitꝭ.licʒ ñ
opteat in eẽ actõis.¶Nõ eñ optet:ſi cinci/
der dicaẗ calefacere.ꝙ poſſʒ dici infrigidare
Sic etiã nõ optet:ſi aqua dr̃ infrigidare ꝙ
dicaẗ calefacere.vñ nec optet.ſi ṽbũ rõe na
turę aſſumptę bñ agẽtis ipo dirigẽte dr̃ me
Ad 4 reri.ꝙ ppt̃ hoc natura deficiẽte diceret̃ defi/
cere.¶Ad quartã videẗ.ꝙ ꝯſequẽs de abſo/
luta potẽtia dei nõ eẽt incõueniẽs.Sic eñ
xp̃s volẽs potuit pati tpalit̃.ita ſi naturaʒ
aſſumptã ſuę libertati dimiſſam pctm̃ ſubi
re ꝯtingeret:ſtaret ꝙ etiã ea manẽte vnita ṽ
bo:eã etnaliter damnaret.non tñ abſolute
diceret̃ filiꝰ dei damnatus.ſed cũ addito i
Replica natura aſſumpta. Forte diceẗ.Quõ dicere
tur damnatꝰ i natura aſſumpta.⁊ tñ nõ pec
caſſe i eadẽ:Reſpõdeẗ.ꝙ damnatio ſit actꝰ
iuſticię diuinę:ad quem deus agit.nec icõ/
ueniẽs eſt aliquid ſe habere paſſiue ad ſibi
diſcõueniẽs..Vñ ad dãnatõeʒ ſuę naturę
aſſũptę peccãtis ṽbũ abſolute agere poſſʒ.⁊
rõne eiꝰ denoiari pati:ſicut denoiaẗ rõne eiꝰ
paſſuʒ tpalit̃.Vñ aq̃ etiã ſic calefit:licʒ nõ
calefaciat.Secꝰ ẽ de peccare.q2 h̃ vt ſic defe/
ctũ importat:ad quẽ diuia natura nõ agit
nec eũ pati pt̃ ꝑpꝛie:ſicut nec creaturę agũt
vel denoiant̃ agere i actõibꝫ ſibi diſcõueni
Ad 5 entibꝫ.¶Ad q̃ntã.ꝙ i actõe q̃ natura aſſũ/
pta peccaret:duo ꝯſiderari pñt.q̃r ṗmũ eſt
bonitas actõis.Et reſpectu huiꝰ ṗncipalius
agit pſona aſſumẽs:vt etiã tota trinitas.ſi
cut de h̃ dictũ eſt i q̃ſtionibꝫ ſcđi.¶Alio mõ
defectꝰ ſiue deformitas.⁊ reſpectu huiꝰ natu/
ra aſſumpta ẽ agẽs.⁊ nõ verbũ.Et ḡ ad for
mã dr̃.ꝙ i om̃i actõe natura ẽ inſtrm̃ deita/
tis:qua natura illa aliq̃d bonũ pducit.⁊ in
q̃tum ſic agit. Sed inq̃ʒtum deficit:nõ op
tet:cum diuinitas nõ ſit nata eſſe cauſa de
fectus.¶Sed replicabit̃ cõtra hãc imagia Replica
tionem:dicẽdo.ꝙ iſtud ſit tollere ꝯmunica
tionẽ idiomatũ.⁊ ſic incõueniẽter.Et pꝫ ꝯñ
tia.q2 cõicatio idiomatũ ſecũ portat:ꝙ om
ne nomẽ qđ denoiaret ſuppoſitũ naturę pꝛo
pꝛiũ.ſi eadẽ natura eẽt dimiſſa:idẽ nomẽ de
noiet etiã ṽbũ:cũ eãdẽ naturã aſſumpſiſſet
Nõ ita nõ fieret hic de peccarę.¶Põt dici Soluit̃.
ꝙ aſſumptio cõicet ṽbo pdicata nõ impoꝛ/
tãtia defectũ ſimplr̃.ſʒ nõ optʒ ꝙ pdicata di
cẽtia impfectiõeʒ naturę ⁊ defectũ:q̃ nõ pñt
originẽ actiuã hr̃e a ṽbo:cõicent̃ eidẽ.In ca
ſu q̃ natura aſſũpta ſuę libertati eẽt pmiſſa
qua poſſʒ peccare.licet i natura put nũc aſ/
ſumpta ẽ:oia pdicata pfectõʒ importãtia
ſint cõicata.q2 defectũ importãtia:ppt̃ do/
tes aię et gloriã ſunt excluſa¶His pmiſſis Ad 1.rõ
ſine aſſertõe videẗ ad ratõnes ꝯſequentes. ne 1.5.ar
Ad ṗmã.negãdo maiorem.In triduo eñ gu.
mortis maria mãſit ſicut fuit aſſũpta i vni
tatẽ ſuppoſiti diuini.q̃uis nõ fuerit nec i ſe
nec in aliqua pte ſui eleuabilis ad fruitõʒ.
¶Ad ṗmã pbatõʒ dr̃.ꝙ natura aſſũpta in Ad 1
trinſece nullũ habeat eſſe ſupnaturale vl' di
uinũ.immo eẽntialiter ẽ penitus eiuſdẽ pfe
ctõis:cuius eſſet ſi eſſet dimiſſa.nec ẽ poſſi/
bile:ꝙ eẽ naturę eẽntiale:illa manẽte in ali
ud traſmuteẗ.¶Vñ ꝯſequẽter dicendũ eſt.
ꝙ natura aſſumpta nõ habeat intrinſece eẽ Dõm.1.
diuinũ:ſed denomĩatiue.quia noie ſuo con
creto pdicat̃ de deo.⁊ deus de ea:vt poſt dice
tur.¶Secũdo dicit̃.ꝙ ex vi aſſumptõis na
tura humana i verbo aſſumpta nõ viſionẽ 2
habuerit.nec fruitõem claram verbi vel di
uinę eſſentię:ſed ex dono gratuito aſſumen
tis.Pꝫ ex eo.quia potẽtia cognitiua ⁊ vo/
litiua eſt eleuata ad cognitõem ⁊ fruitõem
claram verbi.ſed nõ alię potentię.vt ſenſiti
ua vel materiales.que in hoc nõ poſſũt ele
uari:nec eleuatę ſunt ad illa.Vñ ex vi vni
onis nihil aliud factum eſt:niſi vt ſit na/
tura altioris ſuppoſiti:per quod ſuſtenta/
tur.Alia auteʒ ex gratia conceſſa ſunt ipſi.

¶ Ad ſcd͠am p̄mo d͛r ad maiorē.ꝙ vbi mi/nus ⁊ mai⁹ſūt eiuſdē rōnis ⁊ ordis: ſic ꝙ or do ꝓcedēdi ad mai⁹ē p min⁹. ibi vera ē ma ior. in alijs nō optet. min⁹ em̄ ē volare ꝙ̄ in telligere. Nō homi ꝯceſſuȝ ē intelligere. ⁊ nō pōt ei iuxta ordinē ſue nature ꝓcedi vo/
1 lare. ¶ Sed i ꝓpoſito d͛r. ꝙ eleuari i viſionē ⁊ fruitōem nō ſunt eiuſdē rōnis cuȝ aſſum ptōe hypoſtatica. Et ideo: eſto ꝙ illa eēt ma ior. ⁊ creature irrōnali poſſet cōicari. nō ꝓp̄ hoc optet ei cōicare min⁹ alteri⁹ rōnis. ſ. cog
2 noſcere deum clare. ¶ Scd͠o d͛r. ꝙ minor nō ſit vera. ſ. ꝙ min⁹ ſit videre deuȝ ⁊ frui deo ꝙ̄ vniri hypoſtatice ſm ſe: put dictū ē in corre
Ad 3 lario. iij. ꝯcluſiōis iam p̄miſſe. ¶ Ad aucto ritates. b. Aug. dictum ē ibidem. ¶ Ad ter ciā: negeť minor. bñ em̄ aſſumibilis ē poten tia rōnalis hypoſtatice abſolute ſine hoc ꝙ aſſumať ad beatificā viſionē: put ex primis duabꝫ ꝯcluſionibꝫ añ ſolutōem haꝝ ratio/
1 num p̄miſſis apparet ¶ Ad ꝓbatōem mio ris d͛r iuxta dicta. ꝯcedēdo ꝙ aſſumpta poſ ſit manere peccabilis: ſicut dictū ē in tercia
2 ꝯcluſione p̄miſſa. Et q̄ñ d͛r. ꝙ potētie aſſum pte opatio attribuať pſone ⁊c. pȝ q̄d dicen dū ex dictis: i ſolutōibꝫ rationū factaꝝ con tra q̄rtā ꝯcluſionē p̄miſſam. q͛ defect⁹ natu re aſſumpte ſibi derelicte: nō attribuerenť aſ ſumenti. ¶ Deinde reſpōdeť ad ratōnes fa
Ad. 1 ctas p queſito. Ad p̄mā. negādo maioreȝ. loquendo de patiēte ſubiecto. Tale em̄ nō patiť: niſi p paſſionē ſupadditā ſibi. Et de
1 iſto loquebať Cōmen. v. metaph. Ad ꝓba tionē ei⁹ diciť. ꝙ natura aſſumpta nō habe at ſe p modū patiētis ſubiectiui: ſed termīa tiui. q͛ ipa imediate a v̄bo aſſumiť: ſic ꝙ ip ſamet ē vnio paſſiua. ⁊ de tali patiēte negeť minor. Nō em̄ optet ꝙ int̄ creās ⁊ creatum ſit paſſio media: qua creatū creať. ſed ipſuȝ ē ſua creatio: vt ſatis pȝ ſtudioſo. quia al's
Ad 2 i infinitū eēt ꝓceſſus. ¶ Ad ſcd͠aȝ negeť ma ior: loquēdo de vnione reali media: diſtīcta ab his q̄ vniunť. Vniť em̄ accidēs abſolu/ tū ſuo ſubiecto: ſȝ ꝓbabiliorē opiniōȝ ſine vniōe media. ¶ Ad ꝓbatōem eius d͛r. ꝙ ve rū ſit ꝙ nulla ſint vnita ſine vniōe. ſȝ illa v/ nio nō eſt neccario mediū int̄ hec q̄ vniunť. ſed vnio ē ipa albedo in dealbatōe. In aſſū ptiōe hac vnio paſſiua ē humanitas aſſū/ pta. ⁊ pōt verbū dici vnio actiua: inq̄ʒtum
Ad 3 ſibi vnit humanitatē: vt dictū ē. ¶ Ad ter/ ciā. dicūt quidā. ꝙ verbū nō poſſit dimitte re naturā humanā: eā ꝯſeruādo i eē: q̄n ge/ neraret i ea ſuppoſitatōȝ Et ſm illā opinio nē ſuppoſitatio eēt mutatio: rōne cui⁹ hic fi eret variatio de ꝯtradictorio in ꝯtradictori/ um. ſed nō corruptio vnionis. Sȝ dimiſſa illa opiniōe (q͛ nō videť rōnabilis) dicať. ꝙ dimiſſa natura facta ē i ea mutatio: nō ge/ neratōis nec corruptōis vniōis. q͛ vnio fu it ipamet natura mēorata. nec aliqua etiā eaꝝ de quibꝫ loquiť phs in. v. phyſicoꝝ. ſed q̄dā alia mutatio ſupnaturalis. ſ. deſuppo/ ſitatio a ſuppoſito diuino: q̄ nō fit p aliud niſi p verbū deſinēs eā ſuppoſitare. ⁊ eā ſuo ꝓprio ſuppoſito dimittēs. Et ğ negeť ꝙ hoc ſit corruptōe vniōis. ¶ Ad q̄rtā: negeť ma/ Ad 4
ior. q͛ ſūme diſtincta ꝓp̄ rōem obediētialē creature ad creatorē pñt vniri nulla vniōe ſu/ peraddita. Nā creatura aſſumpta i ſeipa ſic aſſumibilis erat ⁊ vnibilis ad ſuppoſitū di uinū ¶ Ad ꝓbatōȝ cū d͛r. ꝙ extrema nō vni unť niſi p mediū. d͛r. ꝙ iſtud ſit veꝝ i intēti/ onibꝫ ⁊ extēſionibꝫ. ſed i alijs nō optet. For ma em̄ homīs ⁊ corp⁹ vniunť: q̄ quaſi inter hec q̄ ſunt generabiliū ſubaꝝ maxime di/ ſtāt. ⁊ nō p vniōȝ mediā. q͛ eēt ſupflua. vt i p̄mo ca. ſecūdi de anima dicit phus. ꝙ nō optet querere cām: quare ex anima ⁊ corpe fiat vnū. ita ⁊ i ꝓpoſito nō optet q̄rere vnio nē mediā inter pſonam aſſumentē ⁊ natu/ ram aſſumptā. ¶ Rationes poſt oppoſituȝ ſi quid concludunt: hoc ē ꝑ dictis. Hec de queſtione.

# Quarto tracta

tis dubijs circa vnioneȝ queriť: accedendo ad lr̄am circa di. iij. vtꝝ ſicut a v̄gine potētia peccādi extitit ab/ lata: ſic ipſa cū filio i ſuis parētibꝫ extitit de clarata. ¶ Que q̄ſtio vnū ſupponit. ſ. ꝙ a v̄gi ne pōtētia peccādi extitit ablata. Cōtra q̄d arguiť ſic. Uirgo beata videť q̄ñq̄ȝ fuiſſe ſub actuali pctō. ğ nō fuit ab ea potētia peccan di ablata. Tenet ꝯña. ⁊ nota ē. Et añcedēs ꝓbať p glo. ſup illud Lu. j. Spūſſanct⁹ ſu/ perueniet i te. dicentē ſic. Spūſſanctus ſu pueniēs in virginē: eā ab omi ſorde vicioꝝ caſtigauit. ğ an ꝯceptiōem filij videť fuiſſe ſub ſordibꝫ pctōꝝ. ¶ Scd͠o ꝓbať aucte. b. Aug. i libro de pfectōe iuſticie: dicētis. Eſſe ſine pctō i hac vita: de ſolo vnigenito dictū ē. ergo v̄gini mr̄i nō ꝯuenit. ¶ Tercio aucte mgr̄i di. ꝑñti. ca. ij. dicētſ. Mariā totā ſpūſ ſanct⁹ pueniēs: a pctō ꝑrius purgauit. ergo

Contra ſuppo. 1.
ꝓbať. 2
3

pbaſ.4 ꝓus fuit ſub pctō.¶Quarto.alˀs nō potuiſ
ſet debite orōem filij ſui. Dimitte nobis de
bita noſtra: dixiſſe. Patz ↄſequētia.qꝛ nul
Argu.2 la debita habuiſſz.¶Scdo ṗncipalit̃ ſic.in
v̄gine fuit fomes ↄcupiſcētie.ḡ potētia pec/
cādi.ḡ illa nō fuit ei ablata. Ultima ↄſeq̄n
tia nota ē.ꝛ ṗma tenet.qꝛ ↄcupiſcentia ꝛ fo
mes eius: ꝛ potētia peccādi: idē vident̃ eē in
hoie.nam caro ↄcupiſcit aduerſus ſpm̄: vt
habet̃ ad Gal.v.ꝛ ex ↄſeq̄nti incliat ad pec
1 catū. Añcedēs pz p Joh.damaſce.ca.xlvj
quē allegat mgr ca.xx.dicēs. Poſt aſſenſū
aūt ſancte v̄gis ſpūſſanctus ſupuenit ī ip/
ſam: ſm verbū dei qd angelˀ dixit purgās
eā.ſed nō purgauit eā a pctō.qꝛ nō habu/
2 it.ḡ a fomite pcti.quod erat añcedēs¶Se
cūdo;hoc dicit mgr in lr̃a.ſ.ꝙ ſpūſctūs eaz
a fomite pcti liberauit.vl' penitus ipm fomi
tē euacuādo: vt quibuſdā placet. vel ſic de
bilitādo: vt ei poſtmodum occaſio peccādi
nullatenˀ extiterit.ḡ cū hoc fuit in cōceptu
3 filij: añ fuit in ea fomes pcti.¶Tercio idez
auctē beati Bern̄.in quadā omelia dicen/
tis. Jn ꝓpoſito v̄ginis erat omnē hoim fre
quentiā fugere: ne pturbaret̃ orātis ſilenti/
um.aut v̄ginalis caſtitas tētaret̃.ḡ velle vi
det̃: ꝙ occaſione accedēte ab extrinſeco: po/
tuerit in ea excitari concupiſcētia.ḡ fomes
4 adhuc fuit.¶Et q̄rto.qꝛ videt̃.ꝙ i ſcda ſcti
ficatōe quā accepit ↄcipiēdo filiū: ṗmo fue
rit extictˀ.ḡ añ iea fuit.ↄñtia nota ē.ꝛ añce
dens pz.qꝛ q̇d aliud feciſſz ſcda ſctificatio.
Argu.3. ¶Tercio ṗncipalit̃.qd pōt mereri etiā pt de
mereri.ſz btā v̄go potuit mereri.ḡ ꝛ demere/
ri.ḡ peccare.ↄñtie note ſūt.ꝛ maioꝛ pz.qꝛ il
la ſūt oppoſita ↄ̄rie: ꝛ iō hn̄t fieri circa idez.
Minoꝛ pz.qꝛ v̄go p totā vitā ſuā meruit.
Confir. ¶Et ↄfirmat̃.qꝛ pfectio ↄp̄hēſiōis n̄ ↄpetit
puro viatori.mō eē ipeccabilē ē pfectō ↄp̄hē
ſiōis.ḡ cū btā v̄go ſp p totā vitāz ſuā māſe
rit viatrix pura: videt̃ ꝙ nūq̄z fuerit ei i hac
Arg.4 vita ablata potētia peccandi.¶Quarto ſic
oē qd hz libez arbitriū nō glificatū videt̃
hr̄e potētiā peccādi. Sz btā v̄go habuit li
bez arbitriū nō glificatū.ḡ ꝛc. Pz maioꝛ.qꝛ
ipm libez arbitriū nō ↄfirmatū videt̃ ē po
Argu.5. tētia peccādi.mioꝛ nota ē¶Quīto ſic.btā v̄
go pˀ ↄfirmatōz acceptā ī ↄceptu ſaluatoꝛ
adhuc potuit dubitare de fide ḡ peccare.ↄñ
tia tenet.qꝛ dubiū de fide primū ē pctō Sz
añcedēs ē.b.Aug.i.q.no.ꝛ ve.teſt.tractās
illud Lu.ij. Tuā ipſiˀ aiāz ptrāſibit gladiˀ
ſic dicētis. Hoc vtiq̄z ſignauit.ꝙ Maria p
quā geſtū ē myſteriū incarnatōis dubitarz
nō tn̄ i dubitatōne pmaneret.¶Sexto.q̇a Argu.6
aīa v̄gis potuit pturbari.ḡ venialit̃ peccare
Cōſeq̄ntia tenere videt̃.eo ꝙ pturbatō mē
tis ſine veniali nō videt̃ eē. Añcedēs ē Da
maſ.tractātis illud Lu.ij. Tuā ipſiˀ aīaz p
trāſibit gladiˀ.ſic dicētis. Doloꝛes q̄s v̄go
effugit pariēs: hos i xp̄i paſſione ſuſtinuit:
ita ꝙ gladius aīam ipſiˀ ptrāſiuit.ḡ eiˀ aīaz
pturbauit.¶Cōfirmat̃.qꝛ potētia moriēdi Cōfir.
ſequit̃ potētiā peccādi.mō adhuc pˀ ↄceptū
filij virgo potuit mori.ḡ ꝛ peccare.¶Scdo Cōtra q̄
q̄rit q̄ſtio: vtz ipa cuz ſuo filio: i ſuis paren ſitū ar.1.
tib; fuerit decimata? Ubi ṗmo arguit̃.ꝙ vir
go nō fuerit i ſuis parētib; deciata.qꝛ cū fili
us ſit i lūbis pr̄is.ſicut granū generādū i ḡ
no ex quo generabit̃.videt̃ ꝙ ſicut ē i decima
tiōe grani: ſic ſit i decimatōe homis.ſed cuz
decimat̃ granū: nō decimat̃ granū ex illo ge/
nerādū.ḡ cū decimabat̃ Abraā: nō decima/
bant̃ ex eo generādi.¶Scdo ſic.id qd i lū/ 2
bis Abrae nō curabat̃: hoc decimabat̃. Sz
v̄go in lumbis Abrae nō curabat̃.ergo ꝛc.
Maioꝛ ē b.Aug.x.ſup Gen̄.ad lr̃am: dicē
tis. Jn lumbis Abrae id decimabat̃ quod
curabat̃. Minoꝛ pz.quia in virgine nihil
curandū fuit.quia originale nō habuit. et
actuale nō ↄmiſit.¶Tercio.q̇a ſm Hugo/ 3
nem de ſctō victore. Quod facit baptiſmˀ i
lege gr̃e.ꝛ quod fecit circūciſio in lege ſcp̄tu
re: hoc fecit decimatio in lege nature. Sed
nullus nondū natˀ ex vtero pōt baptizari
vel circūcidi.ergo etiā nullus nōdū natus
pōt decimari.ergo cum virgo beata tempo/
re Abrae nō fuit nata.videt̃ ꝙ nō fuerit in
eo decimata.¶Tercio loco arguit̃.ꝙ Chri/ ↄñr ar.1.
ſtus fuit in Abraam decimatus.quia Leui
fuit in Abraā decimatus.ergo ꝛ xp̄s. Con/
ſequentia tenet p apoſtolū ad Hebreos ſe
primo dicentē. Adhuc em̄ in lumbis pr̄is
erat.ſ. Leui.quādo obuiauit ei Melchiſe
dech. Modo nō minus erat chriſtus ſm
carnē i lumbis Abrae q̄z leui. Añcedēs eſt
apl'i ibidē.¶Scdo.qꝛ dicit Hugo de ſ. Ui 2
cto.ꝙ p decimas figurabat̃ chriſtus.ergo de
cimatio magis reſpexit chriſtuz q̄z alios fili
os Abrae.ergo videt̃ ṗncipaliter decimatˀ
in Abraam.¶Tercio.quia cum decimatio 3
ſignificet oblatōem. videt̃ ꝙ illud ṗncipa
liter decimabat̃ qd ṗncipaliter offerebatur.
Sz xp̄s ṗncipaliſſime ſemetipm obtulit.ḡ
ṗncipaliſſime decimatˀ fuit. Ptz maioꝛ.qꝛ
nō videt̃ ꝙ aliud requirat̃ ad decimationez

Cōfir. niſi ꝙ illud ꝯpleat in ꝓle qđ ſignabat in de cimatōe. Nō minor nota ē. ¶ Et ꝯfirmat. qꝛ tota caro xp̄i fuit in carne ỽginis: de qua ſumpta ē. Sed tota caro ỽginis videt fuiſſe decimata i Abraā. ergo etiā caro xp̄i. Tenet ꝯſequentia. vel oportebit dicere. ꝙ aliqđ carnis nō fuerit in Abraā decimatū. ¶ Sed ꝑ

p ſuppo ſito arg. 1 ſuppoſito. ſ. ꝙ virgini fuerit ablata potētia peccandi: p̄ſertim in cōceptu filij dei: arguit ſic. Sicut eſt de peccato luxurie: ita eſt etiā de alijs generibꝰ peccatoꝝ. Sed virgini fuit ablata potētia peccandi ꝑ luxuriā. ergo ꝛ oīs potentia peccādi. Tenet ꝯntia. ꝛ maior pꝫ.

1 qꝛ non eſt potior rō de vno pctō ꝙ̄ de alio.

2 Minor eſt Ambroſij in libro de ỽginitate btē ỽginis dicētis. Impoſſibile fuit vterū ỽginis: quem filius dei inhabitādo cōſecrauit: aliene copule coitu inceſtari. ¶ Secūdo

pbat. 2. quō potuerit reparatrix oīs pctī: pctm̄ ꝯmittere? ¶ Item. quomō deus ꝯgruent poſſet eſſe

3 filius peccatricis? Itē. nūquid ſi peccare po

4 tuit: quare nō i peccato pſeueraret ꝛ ſic dam nari? ꝛ ſic reparatrix ꝛ regina celi: ꝛ mater dei eēt damnata in inferno: que oīa videtur

2. arguit ſatis abſurda. ¶ Secūdo. angelꝰ bonus nequit peccare. ergo nec mr̄ dei potuit. Probatio ꝯſequētie. quia mr̄ dei lōge dignior ē ꝛ fuit ꝙ̄ ſupmꝰ angelus. Añcedēs pꝫ. qꝛ vt dictū ē in ſcđo: ſunt in bonū confirmati ¶ Sed ꝙ

p. 1. pte queſiti virgo fuerit decimata in Abraam: pbat per b. Aug. x. ſup Geñ. ad lrām. ca. xxvj. ꝛ habet in glo. ad Hebreos ſeptimo: dicentem. Sicut Adam peccante peccauerat quod i lumbis eius erat. ſic Abraam dante decimas: qui in lumbis eius erāt decimati ſunt. Nō manifeſtū ē: ꝙ ỽgo beata fuerit tunc i

Cōtra 2 pte q̄ſiti lumbis abrae. ergo ꝛc. ¶ Tercio loco arguit ꝙ Xp̄s nō fuerit in Abraā decimatus. aucte mgrī di. iij. ca. qnto. Et ad h̄ allegat Aug. i loco p̄dicto. ſ. x. ſup Geñ. ad lrām. Et ē ſimiliter in ca. xxvj. dicentem. Sicut Adaꝫ peccāte ꝛc. ſicut i p̄cedēte rōne. ſequit ad propoſitū. Sed hoc nō ſequit de xp̄o. licꝫ i lumbis Ade ꝛ Abrae fuerit. qꝛ nō ꝑm ꝯcupiſcētiā carnis inde deſcēdit. ¶ Secūdo pꝫ hoc aucte venerabilis Hugonis. li. ij. de ſa. par. ꝑma. ca. quīto: dicētis. quia ꝑ peccatore ſolum offerēdum eſt. ꝛ leui de Abraā ſumpſit naturam ꝛ culpam. xp̄s autē naturam tm̄ Leui eſt decimatus in Abraam: nō xp̄us. ¶ In hac queſtione erūt duo articuli. Primus: vtꝝ ỽgini potētia peccandi fuerit ablata. Secūdus. an ipa in Abraam cū ſuo filio extiterit decimata.

Quātuꝫ ad primū Arti. 1. de tribus breuit ē videndum. Primū. ꝙ ab omi pctō extitit immunis. Scđo. vtꝝ i ea aliqđ fuerit fomitis. Et tercio: vtrū fuerat impeccabilis. ¶ Quantū ad ꝑmū ē prima p. 1. pte

ꝯcluſio hec. Pie credo. ꝙ ỽgo btā fuerit im Cōclō. 1 munis. a pctō originali. Hec fuit ꝓbata in iij. articulo. xx. qōis. ſcđi libri. ꝛ ideo hic eiꝰ ꝓbatōi nō inſiſto. ¶ Scđa ꝯclō. Uirgo bñ Cōclō. 2

dicta fuit immunis ab omni pctō actuali. Hec ē beati Aug. i lib. de natura ꝛ grā: dicē 1

tis. De ſctā Maria ỽgine nullam ꝓrſus cū de pctis agit hēe volo queſtionē. Inde ei ſcimus. ꝙ ei plꝰ grē ſit collatū: ad vincendū ex omi pte pctm̄. ꝙ meruit partū: que conſtat nullū habuiſſe pctm̄. ¶ Idē dicit Anſelmꝰ 2

i li. de ꝯceptu ỽginali. ꝙ decuit: vt niteret ea puritate: qua maior ſub deo eē nō pōt. Talis aūt puritas nō ſtat cum pctō. ¶ Tercio 3

ſctūs Bern. i ep̄la ad lugduñ. dicit. Puto ꝙ copioſiꝰ munꝰ grē in eā deſcēderit que eius nō ſolū ſanctificaret ortū: ſed eaꝫ deinceps ab omi pctō cuſtodiret imunē. ¶ Quarto ſi 4

cut etiā de originali argutū fuit. quomodo eēt tota pulchra: ſi aliqua fuiſſꝫ i ipa actu 5

alis culpa. ¶ Quinto. quomō cōtriuiſſet caput ſerpentis: ſi quādoqꝫ ab eo pctō actuali victa fuiſſꝫ. quod tn̄ dn̄s de ea dixit Geñ. iij. vt exponūt taꝫ Auguſtinus ꝙ̄ Bernardus. ¶ Et reuera: hoc erat congruū de ea: q 6

parere debebat deū. ꝛ mediatrix eſſe debebat dei ꝛ hoīm. ¶ Correlariū ſequit ex his duabus ꝯclōibꝰ. ꝙ ỽgo Maria imunis fuerit Corre.

ab omi culpa: originali ꝛ actuali. mortali ꝛ veniali. pꝫ ex eiſdē. Hoc de ꝑma pte articuli. ¶ Quantū ad ſcđam ptē videndo. anꝰ fuerit in ea aliquid fomitis. Eſt aduertēdū. ꝙ 2. ps nō.

duplex legit ỽginis ſctificatio. Prima qua ꝯcepta i vtero: ſctā ꝯdita fuit. Scđa. quaꝫ accepit ſuperueniēte ſpūſancto qui eā obumbrauit. ꝛ de eius puriſſimis ſanguinibꝰ carnem filij dei fecit ꝛ ꝓduxit. ¶ Secūdo ē notandū. ꝙ opinio ponēs virginem ꝯceptam Nota 2

ſine culpa originali: nō ponit ꝙ aliqua iſtaruꝫ ſanctificationū maculā culpe i virgine delerent. ſed ꝑma plenitudinē ſctitatis ſimul creādo aīam. ꝛ delendo a carne: cui infundi debebat qualitateꝫ morbidā ipſi anime infudit. ¶ Scđa. ꝑmā infuſam ſanctitateꝫ ꝛ ſctā ꝯtemplatiōe feliciꝰ augeam: plenius

intēdit.ꝛ vt nō delibilis eēt vt de lege cōi in
Corre. bono ꝯfirmauit.¶Vñ correlarie ꝯcedēdū ē
ꝙ fomitē ī ea derelictū ex culpa origīali quā
non ꝯtraxit:nūq̄ȝ habuit. Patȝ.q꞉ nō fuit
Nota.3 ꝯcepta ī illa culpa:vt dictū ē.¶Tercio ē no
tādū.ꝙ aliȷ̄ q̄ dicūt eā ꝯceptā ī originali:ſi
cut ſctūs Thomas:ꝛ plures aliȷ̄.de fomite
diuerſimode loquunt̄.ſicut recitat̄b.Tho.
1 ī ſcp̄to ſup.iiȷ̄.di.iiȷ̄.q.j.arti.ȷ̄.¶Quidam
dicūt.ꝙ p p̄mā ſctificatōem fomes ex toto
2 ſublat᷒ ſit.¶Scḋi dicunt.ꝙ q̄ztū ad aliq̄d
fomes extinct᷒ ſit.ꝛ q̄ztū ad aliq̄d pmāſerit.
Et hoc dupl̄r.Primo dicūt.ꝙ ſubtractus
ꝛ extinct᷒ fuerit:inq̄ztū inclinat ad malū.ſȝ
remāſerit inq̄ztū difficultat ad bonū.¶Hec
eñ duo opat̄ ī nobis fomes.ſ.q꞉ iclinat ad
malū.ꝛ retrahit a bono.ꝓut etiā tāgit apl̄s
ad Roñ.vij.cū dicit.Nō qḋ volo bonū h̄
ago.ſȝ qḋ odi malū illud facio.Et ē mod᷒
iſte bñ difficil̄ intellectu.q꞉ ſm idē:inq̄ztū ē
ꝓnitas ad vnum ꝯtrarioꝝ.Eſt difficultas
ad aliud.ſicut qḋ inclinat ad deorſuȝ:hoc
difficultat cōtra motū ſurſum.¶Poſſit tñ
dictū iſtoꝝ ſane ſumi.ſic videlicȝ.ꝙ fomes
fuerit ſic p̄ma ſanctificatione ligatus:ꝙ ab
eo nō poterat ſurgere inclinatio mala.licet
nō ſic extinct᷒ fuerit q̄n min᷒ ꝓmpte rōe gra
uedīs carnis ſurgeret:vt fieret opatio bona
¶Ideo dicūt hi.ꝙ fomes ſit corruptio p ſe
1 trahēs ad malū:ꝛ retrahēs a bono.Et ſic di
cūt.ꝙ penit᷒ ī p̄ma ſctificatōe retract᷒ ſit a be
2 ata ꝟgine.Scḋo ē(vt inq̄unt)īfectio natu/
rę:rōne cui᷒ infectio originalis p actū natu
1 rę trāſit ī ꝑſō.¶Et ſic dicūt ꝙ remāſerit poſt
2 p̄mā ſanctificatiōem.ſed ſic ab eo purgata
ē in ſecūda:vt ꝓlem ſine pctō originali con
Imꝓbat̄ cipet¶Sed iſtud rōnabiliter improbat ſā
ctus Thomas.q꞉ xp̄s nō in eo ꝙ mater ei᷒
ē ſctificata:ſine originali ꝯceptus ē.ſed ma
gis ex eo ꝙ ſine om̄i prurītu carnis:ꝛ abſq̄ȝ
libidine nat᷒ ē:vt etiā dicit venerabil̄ Anſ/
2 elmus.¶Nec ē veriſimile:ſi virgo beata p᷒
natiuitatē ſaluatoris ex Joſeph generaſſet:
3 q̇n filiȷ̄ fuiſſent nati in pctō originali.¶Et
ex hoc dicūt aliȷ̄ quibus aſſentit btūs Tho
mas.ꝙ fomes p eſſentiā poſt primā ſancti/
ficatōem remāſerit.ſed ligatus p grām ſcti
ficantē:ne retraheret a bono:vel ad maluȝ
aliquod inclinaret.pōt eñ habitus impe/
diri:ne in actū valeat ire.ſicut ſciētia p ebri
4 etatē.¶In ſcḋa aūt ſanctificatōe fomes pe
nitus ſit extinctus.ſic ꝙ nihil eius reman/
1 ſerit.Vñ hi ꝯſequēter dicūt.ꝙ in p̄ma ſctifi
catōe plena grā fuit.ſic ꝙ om̄e peccatum vi
tauit.nec aliquam incitatōem ad peccāduȝ
intrinſecus habuit.nec aliquid quod pro/
nitatē ad bonū ꝓhibuit.Sed in ſcḋa ſctifi
catōe ſic repleta fuit:ꝛ filio ſuo ſic ꝯiūcta.ꝙ
om̄imode peccare nō potuit¶Quarto ē no Nota4
tandū.ꝙ iuxta opinionem ponētem virgi/
neȝ ſine originali culpa cōceptā:credo has
ꝓpoſitōnes eſſe ꝯcedēdas.Prima ꝙ fuerit Cōclō.1
ſctificata ī p̄mo inſtāti ſui eē.pȝ.q꞉ hęc opi
nio pōuit ꝓbabilit̄:ſemel ꝛ ſil̄ ī eodē inſtāti
hęc tria fuerūt facta caro a q̄litate morbida
ex libidīe parētū derelicta:purgata p ſpūm/
ſctm̄.aīa ꝟgis creata:ꝛ ſctītate dotata.ſicut
hęc dicta fuerūt in dicta.q.xx.ſcḋi li.Et ſic
ꝯñ.ꝙ ī eodē inſtāti fuerit ſctificata.nō ꝙ p̄
us fuerit nō ſctā.ꝛ p᷒ ſctitas ſibi addita ſed
ꝙ ī illo inſtāti fuerit ſctā ꝯdita.¶Et ſi dicat̄
ꝙ ſctificatio p̄ſupponat eē.Dōm ē.ꝙ nō op
tet ſctificatōeȝ p̄cedere eē tpe:ſȝ bñ natura.
Et vere decēter pie credit̄ ita factū.q꞉ decuit
ꝙ ſemp eēt pulchra.alit̄ improprie de ea cā
taret eccleſia.Tota pulchra es:vt in dicta
quęſtiōe fuit argutū.nō aūt ē creatura rōna
lis pulchra:niſi ſanctitate fuerit adornata
immo decuit:vt ſemp eēt dei templū:quā cō
ſtituerat mediatricē ꝓ ſalute hoīm ꝛ totius
ſaluris initiū ſpāle¶Scḋa ꝯcluſio.ꝙ ſp fu Cōclō.2
erit grā plena.ꝓbat̄ eodē mō.Primo.q꞉ añ
ſcḋam ſctificatōem fuit grā plena.ḡ a p̄nci
pio p̄mę ꝯceptōis.tenet ꝯña.q꞉ videt̄ ꝙ ple
nitudinē grę quā habuit añ ſcḋam ſctifica
tionē:habuerit ex p̄ma.Añcedēs pȝ p ſalu
tatōȝ angeli dicētis.Aue grā plena Lu.j.
q̄ ſalutatio tpe p̄ceſſit ſctificatōȝ ſcḋam.ſic
pȝ ibidē ex re geſta.Confirmat̄.q꞉ ſctificatō Cōfir.
Johānis in vtero plenū fecit eū grā.ergo a
fortiori p̄ma ſctificatio Marię.Cōſequen
tia nota ē fideli.quia nulli creaturę non aſ
ſumptę tanta ē data grā ſicut mr̄i ſaluato
ris.Et añcedēs pȝ Luce p̄mo.angelo dicē/
te de Johanne.Spūſancto replebitur ad/
huc ex vtero matris ſuę.¶Tercia conclu/ Cōclō.3
ſio.ꝙ ſimul plena fuit om̄ibus virtutibus:
theologicis ꝛ moralibus.Ptȝ.quia pleni/
tudo charitatis plenitudinē moraliuȝ vir
tutum ſecum portat.Et ergo ſicut ſpūſſan/
ctus plenā infudit grām.ita ſimul tribuit
omniū virtutū moraliū ꝑfectam abūdanti
am.¶Secūdo.quia cum eam inhabitare 2.ꝓbat̄
voluit ab eius initio ſic eam de congruen/
ti perfecerat in virtutibus:vt decens eſſet
ei in ea habitatio.¶Quarta.ꝙ quamuis Cōclō4

ſecluſo fomite caro ſibi dimiſſa:traheret cō
tra ſpm̄.tamē tāta fuerat i ea hec ꝩtutū ꝑfe
ctio.ꝙ carnē om̄ino reddidit ſpūi obedien/
tem ſine tractu ad malū.⁊ ſine difficultate
Pars.1. ad bonū.¶Prima ꝑs.ꝙ nō habuit fomitē
ex originali culpa dicta ē i correlario ſcd̄i no
2 tabilis:iuxta hāc opiniōꝫ¶Scd̄a ꝑs ꝙ ca
ro ſibi derelicta:ſecluſo etiā fomite:traheret
ꝯ ſpm̄.plixe declarata fuit i ꝑmo articlo.xix
3 qōnis.ij.libri.¶Sed tercia ꝑs.ꝙ nō fuerit
i ea tractꝰ ad malū:vel difficultas ad bonū
pꝫ.qꝛ ſtāte plenitudine grē:ꝑſertim tali.ſic
fuit i ꝩgine.videt ꝙ om̄is motꝰ diſplicēs ſit
excluſus.¶Quīta ꝯcluſio.ꝙ nō obſtantibꝫ
om̄ibꝫ illis:adhuc vſqꝫ ad ſcd̄am ſctificatō
nē excluſiue:ꝩgo potuit peccare.patꝫ.qꝛ ha
buit liberꝝ arbitriū nōdū i bono ꝯfirmatuꝫ.
Cōcl̄o.5 ¶Scd̄o.qꝛ ꝑmꝰ parēs potuit peccare i quo
fomes non fuit.⁊ cū hoc iuſticia originali
⁊ immortalitate quadā viguit.quare ꝗ nō
Cōcl̄o 6 eodē mō ꝩgo bn̄dicta?¶Sexta ꝯcluſio.ꝙ
i ſcd̄a ſctificatōe i bonū ꝯfirmata fuit.ſic ꝙ
amplius peccare nō potuit .quod ꝑſuadet
ſic.qꝛ nō plus potuit maculari mēte ꝗꝫ cor/
rumpi in corꝑe.ſed ꝓpter hoc ꝙ in ea filius
dei habitauerat:nō potuit corrumpi in cor/
1 pore.ergo nec peccare mēte.¶Patet maior
quia ſicut filius pleniſſime inhabitator fu
it corpis.ita tota trinitas inhabitatrix fu/
it mētis.Immo maior fuit cura:vt imma/
2 culata eēt mente:ꝗꝫ vt integra eēt carne.Et
minor ē de mente Ezechielis:dicētis in au
ctoritate ꝑus allegata.ꝙ porta clauſa erit
⁊c.vbi videt innuere dn̄m nullo modo vel
leꝑmittere:vt in ea ꝩginitas violaret.Et
Nota iudei quidā dicūt d̄ ipa.ꝙꝗuis fuerat pul
cherrima.nūꝗꝫ tamē ab aliquo fuerat con/
cupita.nec potuit cōcupiſci aliqualiter in/
tuita.Quod teſtimoniū infideliū(ſm Bo
nauenturā)nullatenus ē refutandū.quia
ē ꝯtra ꝑfidiam eorundē¶Scd̄o.qꝛ ſicut de
ꝓbat.2 carne eiꝰ ſpūſctō artifice fuit formata verbi
caro:que iuxta legē ordinatā peccare nō po
tuit.ita ſimul ad honorē filij:ipa in bonuꝫ
ꝯfirmata fuit:ne vnꝗꝫ mente a bono ſe fle/
ctere poſſet.¶Correlariū.licet ꝩgo beata in
Corre. vtraqꝫ ſanctificatōe fuerit grā plena .tn̄ ali
ter i ꝑma:⁊ aliter i ſcd̄a.In ꝑma em̄ fuit ꝗ/
tia plena:plenitudine.ſ.ſufficiēte ad meri/
tū.puta ꝓmptificāte ad om̄e bonū ⁊ prohi
bente conatū ad malū.ſꝫ libero arbitrio nō/
dū in bonū ꝯfirmato.In ſcd̄a aūt ſanctifi/
catōe.ipa ꝯfirmatōe ſuꝑabūdauit hec ple

nitudo.ſic ꝙ nullo puro homi vnꝗꝫ danda
erat tāta.⁊ cū hoc libero arbitrio in vero bo
no penitus immobilitato.vt pꝫ ex dictis.
Hoc de ſecūda ꝑte huiꝰ.¶Ex quibus patꝫ De 3 ꝑte
quid dicendū ſit ad terciā ꝑtē.ſ.ad ſuppoſi hꝰ arti.1.
tum.ꝑmiſſā diſtinctōe.ꝙ potentiā peccādi
alicui auferri poteſt intelligi dupliciter.Uno
mō ꝙ auferat alicui illa res q̄ i eo ē potētia
peccādi.hec aūt potētia nō ē aliud:ꝗꝫ natu
ra rōnalis creata .illa em̄ pōt ſm ſuam ori
ginē deficere.⁊ ſic peccare.¶Secūdo modo 2
non ꝙ potētia auferat:ſed ꝙ ex grā collata
ei ꝯferat:ꝙ peccare nō poſſit.ſicut eſt in bea
tis.¶Qua ꝑmiſſa ē ꝑma ꝯcluſio hec.ꝙ ꝓ/ Cōcl̄o.1
prie a creatura rōnali nūꝗꝫ auferet potentia
peccādi:ea remanēte ꝑmo mō.Pꝫ.qꝛ res
qua creatura pōt peccare:eſt ipamet inquā
tum pōt deficere.Mō nihil ſibiipſi aufert:
ipo remanēte.¶Correlariū.Hoc mō potē/ Corre.
tia peccādi nulli creature beate ē ablata.pꝫ
ꝑ ꝯcluſionē.qꝛ hoc eēt eā a ſeipa eē ablatā.
¶Secunda ꝯcluſio.Nec a ꝩgine bn̄dicta Cōcl̄o.2
potētia peccādi erat ablata ſcd̄o mō i ꝑma
ſua ſctificatōe.pꝫ ex q̇nta ꝯcluſione ꝑtis ꝑ
cedētis.qꝛ vſqꝫ ad hmōi ſcd̄am ſctificatōꝫ
potuit peccare.ꝗuis nūꝗꝫ peccauerit:vt in
ꝑma ꝑte dictū ē.¶Tercia ꝯcluſio.Potētia Cōcl̄o 3
peccādi ꝩgini fuit ablata i ſua ſcd̄a ſctifica
tiōe.capiēdo potentiā peccādi ſcd̄o mō.pꝫ
qꝛ in ea fuit in bonū ꝯfirmata.vt i ſexta cō
cluſione dictū ē.⁊ ideo nō potuit amplius
peccare.⁊ intelligo de lege ordinata.Hoc
de ꝑmo articulo.

## Quātuꝫ ad ſecun Arti.2.

dū articulū videndū eſt:vtrꝝ ꝩgo Maria
cū ſuo filio bn̄dicto fuerit i Abraā decima
ta?Ubi de tribus videndū ē.Primo:quō
aliq̇s i ſuis parētibꝫ decimari poſſit.Secū/
do:an brā ꝩgo in ſuis parētibꝫ decimata ſit
Et tercio.an xp̄s in Abraā decimatus fue/
rit?¶Quantū ad ꝑmū eſt notandū.ꝙ deci De.1.ꝑ/
matio i antiqua lege(ꝑſertiꝫ nature)fuit tri te nota
pliciter facta:vel triplici d̄ cā.Uno mō fie/ 1
bat moraliter.⁊ vocabat decimatio moral.
⁊ erit alicuiꝰ certe ꝑtis aſſignatio:ad ſuſten
tatōem ſeruientiū deo tanꝗꝫ debita deo.quo
mō adhuc manēt decime apd̄ eccleſiā.Un̄
Leuit..xxvij.Om̄es decime terre:ſiue de fru
gibꝫ:ſiue de pomis arborꝝ:dn̄i ſūt ⁊c.Quas
dn̄s dedit ſeruientibꝫ ſibi i tēplo:vt habet
Numeri.xviij.Filijs aūt leui dedi oēs deci.

mas.¶Secūdo mō fiebat sacramentalit᷑. ⁊ vocabat᷑ sacramentalis.que erat alicuiꝰ ꝑtis aſſignatio dn̄o ꝑ cura peccati origialis. que currebat i lege nature. Un̄ Grego.iiij. moraliū.⁊ habet᷑ de cōse.di.iiij.ca.qd apud dicit. Quod apud nos valet aqua baptiſmi: hoc egit apud veteres: vel ꝑ paruulis sola fides. vel ꝑ maioribus virtus sacrificij

3 Hoc aūt sacrificiū decimatio vocabat᷑. Tercio mō fiebat figuraliter. ⁊ vocabat᷑ figuralis: que erat decime ptis donatio. ad p̄figuratōꝫ curatōis vniuersal'. que futura ꝑ oblatōem xp̄i. De qua dicit beatus Augus.x. sup Gen̄.ad litterā. Cū ipsa decimatio ad p̄figurandā medicinam ptinuerit: ille in

Cōclo.1 Abraaꝫ decimabat᷑ qui curabat᷑. ¶Qua distinctione p̄missa ē prima cōclusio hec: prout decimatio ē actus moralis. ipsa est tm̄ p̄sentiū. Patꝫ. quia nō dat᷑ h̄moi decima: nisi de his que actu habent᷑.

Cōclo.2 ¶Secūda ē.ꝙ ꝑ ut decimatio ē actus sacramētalis: etiaꝫ nō ē nisi p̄sentium. Patet. quia nō curatur nisi qui actu habet morbū. Un̄ sicut nec pueri baptizant᷑ an̄ natiuitatē ex vtero: sic nec

Corre. decimabant᷑. ¶Correlariū. His duob᷒ modis nō sunt decimati om̄es filij Abrae i ipso. saltem illi qui ipso exiſtēte nō erāt nati. Sequit᷑ ex ꝯclusionibus. Quia ille decima

Cōclo.3 tiones sunt tm̄modo p̄sentiū. ¶Tercia propositio. ꝑut decimatio erat actus figuralis: nō erat tm̄modo p̄sentiū: sed etiā futurorꝫ. Probat᷑ sic. quia quoruꝫ ē signatio ꝑ figuras: eorū ē decimatio figuralis. Sed futuri bn̄ signant᷑ ꝑ figuras. igit᷑. Ptꝫ maior ex quid nomīs figure. Et minor ptꝫ. quia huiusmodi decimatōe signabat᷑ vniuersalis sanatio futura ꝑ xp̄m offerendū deo p̄ri. ⁊ hec potuit ee futuri sicut p̄sentis. Un̄ dictum ē a beato Aug.ꝙ ille in Abraam decimabat᷑

Corre. qui curabat᷑. nō tamē quādo figurabat᷑. sed quādo illius figure veritas implebat᷑. ¶Correlariū. Decimatione figuratiua filij poterāt decimari in parētibus. Patet. quia potuit signari ꝑ decimatōneꝫ eorꝫ futura cura faciēda ꝑ xp̄m. Un̄ sic ad Hebre.vij. Leui qui decimas accepit: dicit᷑ i Abraā decimatus. quia decimatōe figuratiua signata ē eiꝰ futura cura ꝑ xp̄m offerendū. ¶Sed dicerres. quare ꝑ decimā figurat᷑ immolatio xp̄i. ¶Dicit᷑ ꝙ ideo. q2 denarius ē numerus ꝑfectionis: que ꝑ xp̄m adducta ē. Noue aūt ꝑtes remanētes ad nos ptinēt. quia noſtraꝫ exprimūt impfectionē: ꝑ denariū. s. xp̄m ꝑficiendā. Hoc de prima parte huius articuli. ¶Quantū ad secundā partē. vtꝫ virgo Quo ad 2.pte

bn̄dicta fuerit in Abraam decimata: Est ꝑma ꝯclusio hec. Illi qui ponūt eā ꝯceptā in Cōclo.1

peccato originali: habēt dicere.ꝙ in Abraam fuerat decimata. Patet. quia eius futura cura ꝑ decimā quā dedit Abraā: oblatione eius queꝫ expreſſit Melchiſedech: scꝫ Xp̄i: fuit signata. ¶Secūda ꝯclusio. Mi Cōclo.2

hi videt᷑.ꝙ etiā illi qui ponūt eam a peccato originali p̄ſeruatā: habēt cōcedere.ꝙ i Abraā fuerat decimata. Probat᷑ sic: q2 meritū paſſionis Xp̄i fuerat causa p̄ſeruatōis eiusdē a peccato originali. igit᷑ fuerat decimata in Abraā. Probatio ꝯsequētie. quia nō minoris artis ē ꝑ medicinam ab egritudine p̄ſeruare: ꝙ̄ introductam curare. ergo sicut curati merito paſſionis Xp̄i dicunt᷑ in Abraā decimati. ita etiā ipsa que ex merito eiusdē ē ab egritudine p̄ſeruata. ¶Forte dicet᷑.ꝙ ipsa nō sanabat᷑. ergo nec decimabat᷑. ex auctoritate Aug. ꝑus inducta. Ptꝫ an̄cedēs. quia nūꝙ̄ fuit egra. ¶Respondet᷑.ꝙ immo ad mentē btāi Augustini curabat᷑: nō egritudinis expulsione: sed ab eadē p̄ſeruatiōe. Hoc de secūda pte articuli. ¶Ter Quo ad 3. pte Cōclo

cio videndū ē: an Xp̄us fuerit in Abraam decimatus: Ad quā partē ē ꝯclusio responsalis.ꝙ nō. Patet ꝑ btāū Augustinū. x. super Gen̄.ad lr̄am. ca.xxvj. ⁊ .xxv. Et aſſumit᷑ a magiſtro. diſt. tercia tercij. ca.v. sicut supra ē allegatū. Unde Xp̄us nō signabatur illa decimatiōe sanādus: sed magis sanaturus. nō eīm descēderat ꝑ cōcupiſcentiā carnis sicut ceteri ex Abraā nasciturí. Hoc etiā patet ꝑ alias auctoritates poſt oppoſitū ad hoc adductas. Hoc de tercia pte ⁊ toto secūdo articulo. ¶Illis p̄miſſis r̄ndet᷑ ad Ad.1.rō nē pnā.

rōnes p̄ncipales. ¶Ad p̄mā cōtra suppoſitū negeṫ an̄cedēs. s. ꝟginē vnꝙ̄ fuiſſe sub actuali pctō. Et ad glo. dicentē. Spūſſctūs supueniēs in ꝟginē: eā ab omi sorde viciorꝫ caſtificauit. Dicit Bonauētura et alij: ponētes virginē conceptā i peccato origiali.ꝙ illa duo. s. peccatū et viciū differāt inter se. quia peccatū ē culpa. Sed viciū signat sequelam ad culpā. Unde ꝓm eos vult glo. nō ꝙ caſtificauerit a culpa. quia nō habuit illam. sed a sequela ad culpā originaleꝫ. id ē a fomite: qui prius i p̄ma sanctificatōe fuit in ea ligatus. ⁊ adueniēte plenitudie spiritusſancti ꝑ cōceptu filij dei fuit extinctus ¶Aliter dicit᷑ ꝓm eos qui dicunt eam sine

originali ꝯceptā.ꝙ gloſa dicit ſpūmſanctū
illam caſtiſſimaꝫ a vicio.nō quod habuit:
ſed quod habere potuit.quia cū añ peccabi
lis erat.poſt primā ſanctificatōem.ꝑ ſecun
dā impeccabilē reddidit.Caſtificauit ḡ ab
omī vicio.q: omē poſſibile vicium excluſit.
Ad 2 ¶Ad ſcđam auctē.b.Aug.dicūt ꝓmi.ꝙ lo
quit̃ de omī pctō.tam actuali ꝙ̄ originali.⁊
ſic eſſe ſine pctō ſm eos ꝑ tota vita ꝓpriuꝫ
ē xpi.eo ꝙ(vt dicūt) ꝟgo fuerit ſub origina/
li.¶Aliter pōt dici iuxta aliam opinionem
ꝙ̄ Aug ſub illa generalitate intelligat ho
mines ꝯmūes:nō ſpecialit̃ ꝑ̄ſeruatos. ſicut
etiā ſub generalitate leg̃ punitiuę datę mu
lieribus Gen̄.iij.In dolore paries filios tu
os:intelligunt̃ cōes mulieres:nō ſpālit̃ pręſeruatę.Et ꝙ hęc fuerit mēs Aug.patꝫ.q:
vt allegatū ē ex li.de natura ⁊ gr̃a.dicit.ꝙ cū
de peccatis agit̃:nullaꝫ velit hr̃e de mr̃e dn̄i
mentionē.Et ḡ eā ſub illa generalitate nō
includit.¶Uel dicendū ē.ꝙ eſſe ſine pecca
to ꝑ naturā ē ꝓpriū xpi ex natura diuia.ſed
omīmode eſſe ſine peccato ex gr̃a:et non ex
natura ꝑ ſtatu vię:eſt ꝓpriū ꝟginis mr̄is.
Ad 3 ¶Ad terciā auctis mgr̄i dr̄ ſicut ad primā.
ꝙ nō plus velit niſi ꝙ impeccabilē reddidit
Ad 4 eā in cōceptu filij ſui bn̄dicti.¶Ad quartā
ꝓbatiōem neget̃ ꝯſequētia.potuit em̄ pete/
re dimiſſionē debitoꝝ nō ſuorum:ſed alioꝝ
membroꝝ:ꝑ̄ſertim cuꝫ illa oratio ſit oratio
ꝯmunis toti eccleſię.Sicut em̄ mr̄ eſt capi
tis conſtituta.ſ.dn̄i noſtri Jeſu xpi.ita eſt
mater oīm membroꝝ eccleſię:quę filius eiꝰ
ſibi in filios miſericorditer adoptauit.qui/
bus omibus ſuę miſericordię ſinum apien
do impetrare potuit ⁊ remiſſionē debitorū.
Ad.2 rōnē ꝓnci. ¶Ad ſecundā rationē principalē:neget̃ añ
cedēs:ſm opinionē quę ponit eam nō fuiſ/
1 ſe conceptam in originali.¶Ad Damaſce
nū dicentē.ꝙ ſpūſſanctus ſupuenit poſt aſ
ſenſum:purgans eam.dicit̃ ꝙ intelligit pur
gans eam in remotione ignorantię:circa in
carnatōem verbi ꝑ illuminationeꝫ intelle/
ctus.inquantū hoc ad virginē ꝑtinuit ſci/
re.Et ideo nō optet ꝙ hęc purgatio intelli/
gat̃ de purgatiōe fomitis:vel peccati actua
lis ſiue originalis:ſicut etiam angeli ſupio
res ſm beatū Dionyſiū:dicunt̃ purgare in
feriores:vt in ſecūdo dictū eſt:illuſtrando
eos ignorātię remotōe.¶Uel ſi quis omni
no velit hāc auctoritatē intelligere de pur
gatōe quę eſſet a peccato:diceret̃ ꝯformiter
dictis.ſ.purgans eam:id ē in puritate con
firmās eā ꝑ impoſſibilitatē peccandi.¶Ad 2
ſecundā ꝓbationē.ſ.ad auctoritatē mgr̄i di
cit̃.ꝙ magiſter dicit eaꝫ a fomite liberatam
ſm vnā opinionē ipm fomiteꝫ penitus eua/
cuādo.hoc eſt eā:ne intraret in eam fomes
omīmode ꝑ̄ſeruādo.ſicut aliquis dicit̃ ali/
um liberare de morte.quia ꝑ̄ſeruat ne mors
que ꝓpe videt̃ eum inuadat.¶Ad terciam Ad 3
auctoritatē.ſ.btī Bern̄.dicit̃.ꝙ vſqꝫ ad fi/
lij conceptionē virgo ab extra malo exēplo
oẽm creaturã ſꝫ ſolũ ea q̃ vult iuxta q̇ntita
tem ſue app̃henſionis.nã q̇ diuinã eſſen/
tiã pleni⁹ cõp̃hendit:eã ꝑfectius ⁊ plura ĩ
ea videt.q̇ aũt minus ꝑfecte:eam minus
⁊ etiã in ea pauciora ſufficit intueri.q̇ꝫuis
q̇libet ſatietur¶Uñ hec ꝯſeq̇ntia nõ valet 2
que aſſumit̃.videt om̃is creature rep̃ſenta
tionem.ergo om̃is creatura rep̃ſentatur ei
ex quo ibi nõ eſt in añcedẽte appellatio rõ/
nis.nã q̇ꝫuis res videat:que eſt om̃is crea
ture rep̃ſentatio:tñ nõ eſt ſibi om̃is creatu
re rep̃ñtatio:vt dictũ eſt.¶Ad octauã.cõ/ Ad.8
cedit̃ ꝙ beat⁹ aliq̇d in deo videat:⁊ aliq̇d ĩ
eo nõ videat.⁊ ꝯcedit̃ ꝙ reſpectu eius ẽ ali
quid in deo viſum:⁊ aliquid non viſum.⁊
hoc eo modo quo res dicunt̃ in deo:puta
exẽplarit̃er rep̃ſentatiue:⁊ exemplarit̃ cau/
ſaliter vel diſpoſitiue vel poſſibiliter¶Et 2
concedit̃ ꝙ in deo hoc modo ſunt plura:im
mo infinita.De hoc ſatis dictũ eſt in pri/
ma queſtione primi.articulo primo:ſed re
aliter creature non ſunt in deo per inheren/
tiam vel reale ineriſtentiã. Rationes ꝓ
parte negatiua ſuppoſiti cõcedunt̃:⁊ etiaꝫ
ꝓ parte affirmatiua queſiti.quia arguunt
ꝓ dictis. Hec de queſtione.

# Adecimo q̄

ritur circa diſtinctiones. xv.
v xvj. ⁊. xvij. Utrū ſicut xp̄s ex
nr̄is quos aſſumpſit defecti/
bus ſm totā aīam doluit. ſic
hic dolor alicui ſue voluntati diſplicuerit.
Que q̄ſtio p̄mo ſuppōit ꝙ xp̄s aſſūpſerit
ꝯ ſuppo nr̄os defectꝰ. ¶ Cōtra q̄d arguiꝛ ſic. q2 ſi ſic.
ſitū ar.1 vl̕ xp̄s aſſūpſiſſet oēs nr̄os defectꝰ vl̕ aliq̄s ⁊
aliq̄s nō. nō pōt dici ꝙ oēs. q2 nō peccatū.
2 ¶ Scd̄o nō ignorātiā: vt dic̄ mgr̄ i lr̄a. diſ.
3 xv. ¶ Tertio. q2 egritudies ſunt nr̄i defectꝰ:
de q̄bꝫ nō legiꝛ xp̄m fuiſſe grauatū. ḡ n̄ oēs.
Nec pōt dici ſcd̄m ꝙ aſſumpſit aliq̄s ⁊ ali
q̄s nō. q2 dic̄ Damaſ. li. iij. totꝰ totū aſſum
pſit me: vt toto mihi ſalutē gratificaret. ḡ
ſi totū me aſſumpſit: videꝛ ꝙ om̄s defectus
Confir. meos aſſumpſit. ¶ Et ꝯfirmaꝛ. q2 dic̄ Da/
maſcenꝰ ꝙ id qd̄ ē iaſſumibile: ē incurabile
ḡ ſi aliquē defectū nō aſſūpſit: hūc nō cura
uit. ſʒ xp̄s oēs nr̄os defectꝰ venit curare. ḡ ⁊c̄
ꝯ ſuppo ¶ Scd̄o ſupponit q̄ſtio ꝙ xp̄s ſm totā ani
ſitum. 2 mā doluit. Cōtra q̄d arguiꝛ ſic. Chriſtꝰ nō
arguiꝛ. 1 doluit. igiꝛ ꝓbaꝛ aſſumptū: aucte Hilarij.
x. li. de tri. dicētis: vt allegat eū mgr̄ diſ. xv
ca. xiij. ꝙ vnigenitꝰ dei filiꝰ hoīem verū aſ/
ſumpſit: in q̄ q̄zuis aut ictus incideret: aut
vulnꝰ deſcēderet: aut nodi ꝯcurrerēt: aut ſu
ſpenſio eleuaret: afferrēt hec q̄dē impetum
paſſionis: nō tn̄ dolorē paſſiōis inferrēt: ſic
nō dolet aer vel aqua cū diuiduntꝛ ſagitta
⁊ plura hmōi verba ſubdit ibi Hilarius.
arguiꝛ 2 ¶ Scd̄o arguiꝛ aucte beati dionyſij ad Jo
hannē euangeliſtā i ep̄la ſcribētis. Abſit i
quit vt ego ita inſaniā vt credaʒ ſctōs ali/
q̄d pati ſm corpis paſſiōes ſʒ ſm ſoluʒ iu/
arguiꝛ. 3 dicare intellectꝰ ipos ſentire credo ſi ſancti
nō dolēt: nec ſanctus ſctōꝝ doluit. ¶ Tertio
auctoritate beati Auguſtini ſexto muſice
ſue dicētis. Actꝰ fortitudinis eſt nihil mo
leſtie pati. ſʒ xp̄s fuit fortiſſimꝰ. q2 exulta/
uit vt gygas ad currendā viaʒ. ps. xviij. ḡ
nihil moleſtie paſſus eſt. ergo nec dolorem
2 ¶ Scd̄o ſic. Chriſtꝰ nō eſt paſſus ſm pteʒ
ſenſitiuā. ḡ nō ſm totā aīam. ꝯn̄tia tenet.
ꝓbaꝛ an̄cedēs. q2 beatꝰ Augꝰ. dicit. xiiij. de
ciui. dei. c. xv. ꝙ dolor eſt diſſenſio ab his re
bus q̄ nobis nolētibꝫ accidūt. mō leſio cor
poris nō accidit xp̄o nolēti: teſte beato Au
guſtino. iiij. de trini. c. xiij. mortuꝰ eſt. quia
voluit: ⁊ quando voluit ⁊ quō voluit. Et
Cōfir. Eſaie. liij. oblatus eſt quia voluit. ¶ Con/
firmaꝛ. q2 xp̄s ſꝑ ꝑfectiꝰ vidit deū q̄ʒ paulꝰ
in raptu. ⁊ tn̄ paulꝰ in raptu nō ſenſit ea q̄
fiebāt corpi eiꝰ. igiꝛ ptʒ maior. q2 xp̄s a p̄n
cipio ſue ꝯceptōis fuit beatꝰ ⁊ nō paulus.
patet minor. q2 dic̄ ap̄ls. ij. ad Cho. xij. ꝙ
ſciat ſiue in corpe ſiue extra corpꝰ. ḡ nec xp̄s
ſenſit: q̄ fiebāt corpi ſuo ¶ Tertio xp̄s n̄ do 3
luit ſm partē rōnis ſupiorē. ḡ nō ſm totaʒ
aīam. ꝯn̄tia nota eſt. ⁊ an̄s ꝓbaꝛ. ſm eā po
tentiā nō dolebat: ſm quā ſumme gaude/
bat: ſʒ xp̄s ſm rōnē ſupiorē ſumme gaude/
bat. q2 fuit ſm eā beatꝰ: vt dictū eſt. igiꝛ ⁊c̄
¶ Probaꝛ maior. q2 dolor ⁊ triſticia ſūt cō/ ꝓbaꝛ. 1
trarie oppoſita. ⁊ talia nō cōpatiunꝛ ſe: eo
ꝙ ꝯtradictionē includūt. Affirmatio eniʒ
vniꝰ infert negatōʒ alteriꝰ. igiꝛ ⁊c̄. ¶ Scd̄o ꝓbaꝛ. 2.
q2 dolor ē ꝯſtrictiuꝰ ⁊ leticia dilatatiua. mo
do nō eſt poſſibile ꝙ idē ſimul ⁊ ſel̕ dilateꝛ
⁊ ꝯſtringaꝛ. ḡ nec poſſibile ē ꝙ eadē portio ſi
mul gaudeat ⁊ triſteꝛ. ¶ Tertio ꝓbaꝛ ma/ ꝓbaꝛ 3
ior auctoritate ph̄i. vij. ethi. dicētis ꝙ dele/
ctatio ſi ſit abūdans expellit oēm triſticiā:
tā ꝯtrariā q̄ʒ ꝯtingētē. ḡ cū beatitudo ſit ſū
ma delectatio. ptʒ ꝙ xp̄s ſm ſupiorē pteʒ q̄
beatꝰ fuit non potuit triſtari. ¶ Quarto. q2
corpꝰ idē neq̄t ſimul eſſe gl̕ioſum ⁊ nō gl̕io ꝓba. 4
ſum. ḡ nec p̄t aīa ſil̕ eſſe miſera ꝑ triſticiaʒ ⁊
felix ꝑ gl̕iaʒ ¶ Quinto q2 acerbior eſt pena
inferni q̄ʒ corpal̕ hꝰ mūdi. mō ſi xp̄s fuiſſet
poſitꝰ i inferno: nō fuiſſet paſſus a penis i ꝓbaꝛ. 5.
fernalibꝫ. ḡ etiā nec doluit aīa a penis cor/
poralibꝫ. Maior ſupponiꝛ ⁊ minor ptʒ. q2
in xp̄o nō fuerūt culpe: q̄s ſolū punit pena
infernalis. ¶ Sexto. q2 nuſq̄ʒ ſimul ſtāt ḡ/
tia ⁊ culpa: ſaltē mortalis. ḡ nec gl̕ia ⁊ miſe ꝓbaꝛ. 6
ria. ḡ cū in xp̄o fuerit gl̕ia: nō debuit i eadē
pte aīe eſſe miſeria paſſionis. tenet vltima
ꝯn̄tia. Et p̄ma ꝓbaꝛ: q2 videꝛ ꝙ ſic gr̄a ad
culpā: ita gl̕ia ad miſeriā. q2 ſicut via ad vi
am: ita terminꝰ ad terminū. ¶ Septimo.
q2 ſi ſic ſil̕ in gl̕ia ⁊ i magna pena fuit aīma ꝓbaꝛ. 7
eodē mō poſſet dici ꝙ ſil̕ poſſet eternaliꝛ eē
in pena: ⁊ cū h̄ beata. ꝯn̄s nō ſonat. ⁊ tn̄ cō
ſequētia tenet. q2 fortior erit ad ſuſtinēduʒ
q̄ʒ in p̄nti. ſi ḡ i p̄nti ſic fuerit: q̄re in futura
vita ſic eſſe non poterit. ¶ Octauo. quia ſe
quitur. anima hec dolet. ergo nō eſt ſatiata ꝓbaꝛ. 8.
⁊ vltra. ḡ nō eſt in gloria. ꝯſequentia tenet
vltima ꝑ illud pſalmiſte. Satiabor cum
apparuerit gloria. Et prima tenet. quia q̄/
libet naturaliter qui eſt in pena: vult a ſe
remoueri illam penam. ergo q̄ʒdiu non eſt
amota: non eſt anima ſatiata.

Confir. ¶Et ꝯfirmatur. quia vtiqꝫ aīe melius ē qñ ē
ſine pena ꝙ quādo ē ſub pena. modo glo-
ria nō videtur intēdi: vt dictū eſt in queſtiōe
2 pcedenti. ¶Itē quo pacto chriſti aīme pro
chdolor intolerabilibꝫ penarum modis affe
Pro 3 p cte optime fuerat. ¶Tertio querit queſtio
te ſcꝫ qſti Utrū dolor xpi alicui ſue volūtati diſplicu
ti Ar.1 erit. Pro cuiꝰ parte affirmatiua arguitur ſic
Illud alicui diſplicet qđ petit a ſe remoue
ri. ſed chriſtꝰ petijt a ſe remoueri calicē paſſi
onis. ergo alicui ſue volūtati diſplicuit calix
paſſionis. ꝯñtia tenet. et maior nota eſt. mi
arguit 2. nor patet Math. xxvj. ¶Secūdo ſic. Ap
petitui ſenſitiuo diſplicuit dolor paſſionis
ergo alicui voluntati xpi. ꝯñtia tenet. quia
appetitus ſenſitiuꝰ etiā volūtas eſt. alias in
pueris nō eſſet volūtas. cuiꝰ ꝯtrariū dicit
in. iij. ethicorum. Et añcedēs patet. quia natu-
rale eſt appetitui ſenſitiuo fugere dolorem:
et in eo habere diſplicentiā. modo nullum
naturaliter exiſtentiū aliter aſſueſcit: vt di
Propte cit phs ethicorum pmo. ¶Sed pro pmo ſup-
pma ſup poſito eſt textꝰ apli ad Hebre. ij. dicēs: ꝙ
poſiti xps debuit p omia fratribꝫ ſimilari: Et ma
giſter diſ. xviij. dicit. ꝙ vt probaretur verum
corpꝰ habere: ſuſcepit defectus homis. Et
Leo papa dicit in ſmone feſti natiuitatis
dominice. et ſuſcepit in ſe omēs defectus no
ſtros: pter pctm ¶Pro ſecūdo ſuppoſito. ſ.
Pro 2 p ꝙ xps ſm totā animā voluit: videtur dicere
te ſupp. pſalmiſta pſalmo. lxxxvij. dicens. Reple-
ta eſt malis aia mea. vbi dicit Auguſtinꝰ
nō vicijs et peccatis: ſed humanis malis et
doloribꝫ repleta fuit aīma xpi: quibꝫ iā cō-
patiebatur carni. modo qđ eſt doloribꝫ reple
tum: hoc ſm totā animā eſt plenū. ¶Sed
3 qſitū p parte negatiua queſiti arguit ſic. quia quic
Argu.1. quid volūtas diuina in xpo voluit: hoc vo-
luerūt omes alie volūtates. ſed diuina vo
luit chriſtū pati. ergo omes alie hoc volebāt
et vltra. ergo dolor xpi nulli ſue volūtati diſpli
cuit. ꝯñtie note ſunt. et maior patet. quia ſi
aliqua volūtas xpi aliter voluiſſet ꝙ diui
na: illa fuiſſet inordinata. et ex ꝯſequēti fu-
iſſet in xpo inordinatio. ¶Secūdo fuiſſet
2 in eo rebellio voluntatū: que nō ſunt dicē-
da. Et patet ꝯſequētie. quia anime ꝯtrariū
volūt in eodē ſuppoſito: deordinationē in-
ferunt et ſibi rebellia ſunt. ¶In hac queſtio
Diuiſio ne ſm diuiſionē eius in arguēdo erūt tres
in 3. ar. articuli. Primꝰ erit de pmo ſuppoſito. ſ. an
chriſtus defectꝰ noſtros: et quos ex illis aſ-
ſumpſerit. Secūdus de ſecūdo ſuppoſito.

Utrū ſm totā animā voluerit. Et tertiꝰ de
tertio queſito: an in xpo fuerint plures vo-
luntates. et vtrū ſm aliquā earum ſibi paſſio-
nem abeſſe voluerit.

**Quantum ad pri-**
mum eſt pmo notandū: ꝙ natura integra
fuit ſine omi defectu inſtituta: vt dictū eſt
in ſecūdo libro. ſꝫ ex peccato pmi hoīs: defe
ctus ſunt introducti in pena ſui peccati: vt
dictū eſt in eodē vt ſciret homo qntis mi-
ſerijs poſt habito dei pcepto: irretitꝰ exiſtat
et ꝙ malum ſibi ſit ꝙ legē dei deſeruerit: et ꝙ
amaro dño ſe ſuo crimine mancipauerit.
¶Secūdo eſt notandū ꝙ defectuū hoī in- Nota.2
flictorum p primo peccato aliq ſunt culpe: vt
peccatū originale: et ſepe ſequētia actualia:
quidā ſunt penales: quorum aliqui habent p
pinquitatē et vicinitatē magnā cum culpa
vt quia ab ea īducta ſunt: vel ad eā diſpo
nentia ſunt: vel plenitudinē gre impediūt. Exēplū 1
¶Exemplū pmorum: vt ignorātia. nā ex cul-
pa formaliter cecitas mētis ſecuta ē. ¶Exē exēplū.2
plum ſecūdorum vt pnitas ad malū. quia de
p ſe diſpoſuit ad culpā. ¶Exemplū tertio exēplū.3
rum vt difficultas ad bonū qđ de p ſe repu
gnat plenitudini gre. ¶Alij ſunt penales:
iſtā quaſi ppinquā ꝯnexionē cū culpa nō
habentes: ſed quaſi naturā hoīs ꝯſequen
tes: ſicut ſitis et fames: dolor etc. Et hi ſunt
iterū duplices. quia quidā ſunt indiuidua-
les. qui ſequuntur diſpoſitionē dati indiui-
dui ſicut diuerſa genera egritudinū ¶Alij
ꝯſequuntur ſpeciē. ſicut ſitis. fames. dolor de
cōtriſtantibꝫ ſenſum et ſimilia. ¶Quo pre Cōclo.1
miſſo eſt pma cōcluſio hec. Licet p ſaluā-
do humano genere chriſtū defectꝰ noſtros
aſſumere nō oportuit. tñ p eodē ipſum ali
quos eorum aſſumere cōgruum fuit. Prima Pars.1.
pars patet p beatū Auguſtinū. xiij. de tri. c.
x. dicentē. ꝙ de alio mō potuit nos libera-
re ꝙ p ſuā mortē. Et magiſter diſ. xx. ca. v. 2
dicit ꝙ iure equiſſimo vinceretur diabolus ſi
potētia xps tm cū illo agere voluiſſet. ergo per
potentiā potuit homies eximere demonis
poteſtati ſine defectuū noſtrorum aſſumptiōe
¶Sꝫ ſecūda ps patet. quia cōgruū eſt vt in- 2. pars
firmitas curetur p ꝯtrariū. cū itaqꝫ diabolus
ſupbꝫ hominē ſupbientē ſue dicioni ſubie
cerat. cōgruū fuit vt humilitate curatꝰ de
fectibꝫ aſſumptis a filio dei p eū reciperet vi
tam quā pdiderat. Un Auguſtinꝰ. iiij. de

trini.c.x.dicit. Sicut diabolꝰ ſupbꝰ homi
nē ſupbientē ꝑduxit ad mortē.ita xp̄s hu/
milis hoīem obediētem reduxit ad vitam.
Scđa ¶ Secūda ɔgruitas fuit: vt dicit mgr̄ diſ.
ɔgruitas xx.c.j.ex v̄bis Auguſtini.iij.de tri.c.v.que
ponunt̄ in gloſa ad Roma.v.ſup illō. Cō
mēdat aūt deꝰ miſericordiā ſuā in nobis vt
mētes noſtras ad ſupna erigeret: ⁊ ab im/
mortalitatis deſperatiōe liberaret. eo ꝙ tan
tifecit nos deꝰ: vt dei filiꝰ imutabilit̄ bonus
in ſe manēs qđ erat: ⁊ accipiēs a nobis qđ
nō erat: dignatꝰ noſtrum inire ɔtuberniū
3.ɔgrui. mala noſtra moriēdo ꝑferret. ¶ Tertia cō/
gruitas fuit vt ad humilitatē nos inuita/
4.ɔgru. ret ſui exēplo ¶ Quarta ꝙ calliditas demo
nis ꝑ ſapiam filij dei que attingit a fine ad
finē fortiter: potiꝰ iuſticia q̄ȝ potētia ſupera
ret: q̄ dei ꝑmiſſione hoīem ſe ei ſpōte ſbden
tē q̄uis tyrānice ſeruū ſibi poſſederat: mit/
tens manū in hoīem iuſtiſſimuȝ nihil ſibi
debentē: hos quos tenebat in eū credentes
iuſte ꝑderet. ne potētia ſecū actum ɔqueri
poſſet: nō aūt in eū potuiſſet manū miſiſſe
5.ɔgrui. niſi noſtros defectꝰ aſſumpſiſſet. ¶ Quinta
ɔgruitas. vt mediator de nobis haberet de
fectꝰ penales q̄ ex deo altero extremo vince
6.cōgru re potuit: ⁊ hoī ſubdere aereas poteſtates.
itas ¶ Plurime ɔgruitates alie ſolite ſunt aſſi/
gnari. ⁊ p̄ſertim iſta vt paſſio xp̄i nobis ī oī
paſſione noſtra exiſteret medicina. Si em̄
caput noſtrū ꝑ nobis grauiſſime doluit: iu
ſtum eſt ⁊ debitū vt qđlibet eiꝰ membrū ex
emplo ſui in paſſione patiēs ſit. Quā con
ɔ̄.1.ꝑteȝ cluſionē totā ponit mgr̄ diſ.xx.in principio
arguit̄.1 ¶ Sed forte ɔtra ꝑmā ꝑtē ɔcluſionis di/
cetur qđ Luc.xxiiij.ſcribit̄. ꝙ oportuit chri
ſtum pati. ḡ oportuit eū aſſumere defectus
arguit̄.2 ɔn̄tia tenet. q2 paſſio p̄ſupponit defectum.
¶ Secūdo. q2 qđ firmiter diſpoſuit: nō po
tuit nō fieri. modo ſe paſſurū firmit̄ diſpo/
arguit̄.3 ſuit. q2 eternaliter. patet maior. q2 ſua diſ/
poſitio imutabilis eſt. ¶ Tertio chriſtū pa
ti ⁊ paſſione mundū redimere: fuit ɔueni/
entiſſimꝰ modꝰ redemptiōis humane. ḡ de
us alio modo nō potuit hoīem redimere.
2 ꝓbatio ɔn̄tie. q2 deus nihil poteſt facere ni
ſi ꝑ ɔuenientiſſima media. Quia vt dicit
Anſelmꝰ. Minimū incōueniēs corā deo
ɔ̄.2.ꝑtē. eſt impoſſibile. an̄cedēs patet ꝑ magiſtruȝ
diſ.xxj.in ꝑncipio. iſta dicentē. ¶ Cōtra ſe/
cundā ꝑtē eiuſdē ɔcluſionis: ꝙ nō fuit con
gruū arguit̄ ſic. Irrefragabili iuſticie repu/
gnat effectꝰ culpabilis. ḡ ſumme potētie re
pugnat effectꝰ quo oſtēdit̄ eiꝰ infirmitas.
ꝓbat̄ ɔn̄tia. q2 q̄ȝ aliena ē ſumma iuſticia
a culpa: tā aliena eſt ſūma potētia a pena.
an̄cedēs videt̄ notū. ¶ Rn̄det̄ ad has obie
ctiōes. ¶ Ad ꝑmā ꝙ illa auctoritas Luce Ad.1
⁊ oīes ɔſimiles intelligunt̄ de potentia dei
ordinata: qua immēſe pietatis diſpoſitiōe
decreuerat ſic ⁊ nō aliter redimere genꝰ hu/
manū. ſed tn̄ abſolute aliter potuit. ¶ Ad Ad 2
ſecundā ꝑ ea q̄ dicta ſunt ſepiꝰ. ꝙ ea q̄ fir/
miter diſpoſuit ſe facturū eternaliter: potu
it nō diſpoſuiſſe ⁊ aliter diſponere. ⁊ ḡ talia
ante fieri ſemꝑ poſſunt aliter fieri ¶ Ad ter Ad 3
tiam. ɔceſſo an̄cedente: negetur ɔſeq̄ntia.
q2 nō eſt incōueniēs apud potentiā abſo/
lutā ꝙ aliqua poſſet deꝰ facere iuſte ⁊ de po/
tētia ſua abſoluta que aliter fieri vel vide
retur vel etiā haberet magis ɔgruitatis. q̄ȝ/
uis ea faciat ſemꝑ modo magis ɔueniēti.
Exemplū. nō faceret iniuriam viro iuſto ſi Exēplū.
ſemꝑ in vita meritoria ꝑmitteret eundem
q2 adhuc bona ſufficiētia tribuiſſet eidem
Immo infinite vltra ɔdignū. ⁊ tn̄ ad am/
pliora p̄mia ſuſcipit eundē. Sic em̄ volēs
eſt debitor q̄ nemini obligat̄: ⁊ liber eſt: op/
poſitionis libertate in factis ſuis pluribꝰ
modis eundē effectū pōt facere. quoꝝ mo/
doꝝ vnus ſine dubio ɔuenientior eſt alio
¶ Ad Anſelmū dr̄. ꝙ quocūq3 modo deus 2
poteſt effectū facere: tali modo nō incōue
nienter fieret. q̄uis alio modo magis ɔue
nienſ. ⁊ ḡ dictū anſelmi ſtat ꝙ oē incōueni
ens apud deū eſt impoſſibile. ¶ Ad rōnem Ad eā q̄
ɔtra ſecundā ꝑtē ɔcluſionis dicit̄ Primo eſt ɔ̄ ſecū
ꝙ certuȝ eſt ꝙ ſicut in natura diuina ſm̄ ſe dā ꝑtem
nequit eſſe culpa: ita neq3 pena cū ſit om̄i/
no imutabilis. ¶ Scđo. ꝙ quo ad aſſum/ 2
ptionē repugnat deo effectꝰ culpabilis di/
uidēdo creaturā a deo. nō em̄ decet deū ī na/
tura aſſumpta peccare: eo ꝙ culpa ſeparat
a deo. ſed nō repugnat deo in natura aſſum
pta penā pati. q2 pena nō ſepat ſed magiſ
vnit deo. Un̄ Eſa. lix. Iniq̄tates noſtre diſ
cernūt inter nos ⁊ deum. nō ſic eſt de pena.
¶ Un̄ ad formā. neget̄ ɔn̄tia. ad ꝓbatōem Ad for.
dr̄ iuxta dicta. ꝙ in ſe diuina natura eque
immunis eſt ab vtroq3. ſed quo ad naturā
humanā pōt ſubire penā: nō aūt culpam:
ob cauſam exp̄ſſam. ¶ Scđa ɔcluſio. Fili/ Cōclo.2
us dei nō aſſumpſit culpā nec penales defe
ctus ɔſequētes ad eā: ſicut nō ignorātiam
nec vicinitatē hn̄tes ad eā diſponendo vt
ꝓnitatē ad malum. Nec plenitudini grē

repugnātes:ſicut difficultatē ad bonum.
1 Patet ꝙ nō culpā.¶ Non eīn originalem
2 qꝛ nō deſcēdit interueniēte libidine.¶ Nec
actualē.qꝛ peccatū nō fecit:nec inuētus eſt
3 dolꝰ in oꝛe eiꝰ.j.Pe.ij.¶ Patet:ꝙ nō igno
rantiā.qꝛ ſapiētia patris nō potuit eē igno
rans. Et bꝛeuiter oīa iſta ſecludunť ꝑ ma/
giſtrū in littera.qꝛ hęc nō ꝯferebāt ad ho/
minis redēptionē ꝓ qua filiꝰ dei venit: ſed
magis fuiſſent impedimēta.eo ꝙ venit ab
hoīe tollere peccatuꝫ.¶ Unde venerabilis
auctē pꝫ Anſelmꝰ.ij.Cur deꝰ homo:dicit ꝙ chꝛiſtuſ
nō potuit aſſumere ignoꝛantiā ſapienter.
Et ſequiť ꝙ nullo mō potuit eā aſſumere.
qꝛ nihil potuit aſſumere niſi qꝺ ſapiēter:ꝛ
Corre. eadē rōne nec alia.¶ Coꝛrelariū.ꝙ chꝛiſtuſ
multos defectꝰ:totū hoīm puroꝝ genꝰ con
ſequētes nō aſſumpſit.quoſdā etiā aſſum
pſit.quoꝝ tn̄ nullꝰ eſt peccatū.patet de pre/
miſſis.quia nō ignoꝛantiā inuincibilē.nō
pꝛonitatē ad malū:nec difficultatē ad bo/
Cōclo 3 num.q̇ tn̄ ſunt cōes oī hoī puro nō ſpecia/
liter ꝑſeruato.¶ Tertia ꝯcluſio.Chꝛiſtꝰ eti
am defectꝰ indiuiduales humani generis
nō aſſumpſit ſicut egritudines.patꝫ.quia
cōclo 4 aſſumptio illoꝝ ꝓ redemptiōe generis hu
mani inexpediēs extitiſſet.¶ Quarta ꝯclu
ſio.ꝙ om̄es defectꝰ ꝯſequētes humanū ge/
nus totū:ꝯferētes ad redēptionē hominiſ
aſſumpſit:ſicut ſūt fames:ſitis:pati ab af
flictiuis coꝛpis.ptꝫ.qꝛ in his paſſus eſt ſicꝫ
ceteri.ꝛ plꝰ aliīs hoībꝫ.iuxta illud Tren̄.j.
O vos om̄es q̇ tranſitis ꝑ viā:attendite ꝛ
videte ſi eſt doloꝛ ſicut doloꝛ meus. Hoc de
pꝛimo articulo.

Quātum ad ſecū/
dum articulū vidēdū eſt de ſcꝺo ſuppoſito
Cōclo 1 Utrū ſm totā aīam doluerit:¶ Ubi eſt pꝛi
ma ꝯcluſio hęc.Chꝛiſtꝰ veraciter doluit ſꝫ
carnē ꝛ appetitū ſenſitiuū.ꝓbať ſic.qꝛ qꝺ ē
carni ꝓpꝛiū:hoc ꝯueniebat etiā carni xp̄i.
ſꝫ dolere ſub flagellis ꝛ aliīs inflictiuis do/
loꝝ eſt carni naturale ꝓ tp̄e q̇ aſſunt.ğ cuꝫ
hęc fuerūt in paſſione exhibita carni chꝛi/
ſti:ſequiť ꝙ ſm eā vere doluit. Maioꝛ ptꝫ
qꝛ xp̄s habebat veraꝫ carnē ſicut ceteri ho/
mines.quę etiā in paſſione nō fuit ꝑſerua
ta ab his quę ſunt carnis:teſte Damaſce/
no libꝛo.iij.c.xiiij.ſic dicente.diuina volū
tas in xp̄o volebat ꝛ ꝑmittebat carni:age/
2 re ꝛ pati ꝓpꝛia.¶ Et patet ꝑ rōnem natura

lem. Nā ſm ph̄os ꝛ medicos ſolutio cōti/
nui in habētibꝫ ſenſū tactus.naturaliť cau
ſat doloꝛem in ſenſu tactus. ꝛ quilibet po/
teſt hoc i ſe experiri.mō certū eſt ꝙ tā flagel/
lis q̄ꝫ ſpinea coꝛona q̄ꝫ etiā clauis fuerit fa
cta ſolutio ꝯtinui in carne xp̄i.ğ doloꝛ. Ni/
ſi dicať ꝙ ꝑ diuinitatē fuerat a doloꝛibꝫ ꝑ/
ſeruatus. Cuiꝰ cōtrariū ſonat clamoꝛ xp̄i ī
cruce ad patrē dicēs ſe fuiſſe derelictū.qꝺ ex
ponēs mgr̄ diſ.xxj.huiꝰ tertij dicit in.ij.c.
ꝙ nō fuerit derelictus a deo ſic:ꝙ caro fuerit
dimiſſa:vel ſeparata a diuinitate. ſed dicꝫ
ſe derelictū. qꝛ eius caro nō ꝑſeruata fuit a
paſſione.¶ Tertio.qꝛ ſenſus tactus ī hoīe 3
dolet:ſentiēs ꝓpoꝛcionis ſibi ꝯueniētis ſo/
lutiua.mō iſta ſenſit caro xp̄i ex ꝑmiſſis. er
go vere doluit. Et bꝛeuiter opinio cōtraria
eſt heretica.¶ Coꝛrelariū.ſumēdo paſſionē Corre.
ꝓ motu inductiuo doloꝛis. ꝛ q̄ꝫtū eſt in ſe ꝛ
de ſe repellētis ꝛ inclinātis ad fugā ſui ī xp̄o
fuit vere paſſio.patet.qꝛ in eo fuit verꝰ do/
loꝛ illatꝰ a triſtibꝫ affligētibꝫ coꝛpꝰ:vt dicit
ꝯcluſio.ꝛ talia q̄ꝫtū eſt de ſe:inclināt appeti
tum ad ſui fugā.licet foꝛtis talia ſuſtineat
eo ꝙ ē bonū ſic ſuſtinere.¶ Sꝫ diceť ꝙ ma/ opponiť
giſter dicit ꝙ ī eo nō fuit niſi ꝓpaſſio. Dica
tur ꝙ paſſio ſumiť qn̄qꝫ ſtricte: nō ꝓ hmōi
motu q̇libet:ſꝫ ꝓ motu turbāte rōnem ī tā/
to ꝙ neq̄at debite diſcernere de agēdis.ꝛ taľ
paſſio nō fuit ī xp̄o.qꝛ nūq̄ꝫ fuit rō quomo
dolibet obfuſcata in ſuo dictamine recto ꝛ
ſancto. Et ſm hāc mētē dicūt doctoꝛes.ꝙ ī
xp̄o nō fuit paſſio ſꝫ ꝓpaſſio.qꝛ in eo nō fu
it turbatio mētis ſꝫ bn̄ paſſio cōiter: vt di/
ctū eſt.¶ Scꝺa ꝯcluſio eſt. ꝙ doloꝛ coꝛpa/ Cōclo.2
lis inflictꝰ carni trāſijt in om̄es poꝛtōes aīę
xp̄i inq̄ꝫtū eſt aīa vľ natura coꝛpis.¶ Pꝛo Nota.2
cuiꝰ declaratiōe eſt ſciendū:ꝙ aīa hominiſ
duobꝫ modis nata ē dolere. Uno mō ſine
rōne ꝑuia.ꝛ ſic dꝛ pati:vt aīa vľ vt foꝛma
coꝛpis ꝑceptiua doloꝛis.¶ Alio mō patiť 2
ꝑ rōnē ꝑuiā aliq̇d ꝑ modū mali ſiue fugiē/
di ſeu diſplicētis oñdentē. ꝛ tūc dꝛ pati vt
rō.¶ Exēpli grā. Triſtať infantulꝰ ex frigo 3
re:ſꝫ nō ex ꝑntato enſe q̇ inuadiť q̇uſqꝫ ſen/
tiat actualē doloꝛē. Frigꝰ eīn doloꝛē inferēs
ſenſui ſimul affligit aīam.qꝛ ſine rōne pꝛe/
uia aīa cōpatiť carni.gladiꝰ aūt cum eius
ꝑiculū infantulꝰ neſciat:vſqꝫ quo ſentiať:
eū nō ꝯtriſtat. Secꝰ de hoīe vſum rōis ha
bente quē gladij ꝑiculū dolere faceret: etiā
ꝓuſqꝫ ſentiret: nō multū aūt frigꝰ.¶ Quo p.ꝯclo.
ꝑmiſſo ꝓbať ꝯcluſio ꝑmo auctoꝛitate ad/

ducta ꝑ ſuppoſito. Repleta eſt malis aīa
2 mea: videat̃ ibidē. Et ꝓbat̃ rōne ſic. q̄ñcū/
ꝗ; patit̃ illa res q̄ eſt oēs portiōes aīe: oēs
portiōes aīe cōpatiunt̃: ſꝫ in dolore paſſio
nis carnis patit̃ illa res q̄ eſt oēs portiōes
anīe. igit̃ ꝛc. Patet maior. q: nō ſtat ꝙ hec
res patiat̃. ⁊ ꝙ hec res ſit portio ſuꝑior aīe.
⁊ hec nō patiat̃. q: ille due ꝑmiſſe inferūt
3 eam pati. ¶ Minor patet. q: certū eſt ꝙ in
paſſione carnis aīa que eſt eiꝰ forma patit̃
ꝓncipaliter: teſte beato Augu. xiiij. de ciui
tate dei. c. xv. Caro ꝑ ſeipam ſine aīa dolere
nō pōt. modo aīa hoīs cū ſit indiuiſibilis:
eſt oēs ſue portiōes. ſ. tā intellectꝰ ꝗ; vo/
4 luntas ꝗ; memoria. ¶ Itē taꝫ inferior por/
tio rōnis ꝗ; ſuꝑior q: ꝗ;uis iſti termini ſint
in rōne diuerſi: oēs tñ̄ ſupponūt ꝓ ipſa
Corre. 1. aīa hoīs. ꝗ ꝯcluſio vera. ¶ Correlariū. Si
cut xp̄s totū hominē redimere venit: ita ſꝫ
oēs vires aīe ꝓ hoīe paſſus fuit patet ex
ꝯcluſione. q: aīa patiente: patiunt̃ omnes
Corre. 2. vires eiꝰ. ¶ Secundū correlariū. oēs vi/
res aīe xp̄i cōſiderate ſm̄ id qđ ſunt refuge
bant paſſionē. patet. quia oēs cōpatiebā
tur carni: vt dicit ꝯcluſio: ⁊ paſſione triſti.
mō oīb; hoīb; eſt naturale refugere do/
lorē ⁊ cuilibet rei dolēti ꝗ;tum eſt ex p̄te co/
gnitionis ſenſus: vel ꝗ;tū eſt ex p̄te dolētis
Cōclo. 3 ꝯſiderati ſm̄ ſe ¶ Tertia ꝯcluſio. ꝗ;uis por
tio inferior aīe xp̄i inꝗ;tū eſt rō vel inꝗ;tuꝫ
vtebat̃ rōne practica de paſſionis tolerati/
one vehemēter gaudebat: tñ̄ de ipſiꝰ infli/
Pars. 1. ctiōe actiua grauiter dolebat. ¶ Prima ꝑs
liquet. q: ex rōne practica cōcludit ꝙ in il/
la toleratōe extremū actū fortitudinis vn/
ꝗ; factū ꝑficiebat. delectat̃ aūt fortis ⁊ om/
nis ſtudioſus inꝗ;tū actū fortitudinis im
ꝓbat̃. 2 plet. ¶ Secūdo. ꝙ exēplo ipſiꝰ totū huma
num genus redimebat̃. et hic fuit finis ad
quē miſſus fuit. vnde vt hoc fieret orauit
ꝓbat̃. 3. ignoſci eis q̄ hoc fecerūt. ⁊ exauditꝰ eſt: vt
poſt dicet̃ ¶ Tertio. q: ſciuit ſe illo actu mē
bra ſui corporis myſtici in ſua paſſione ꝯfor
ꝓbat̃. 4 taturū. imo oīa ſacramēta neceſſaria ꝓ ſa/
lute viuificaturū. ¶ Quarto. ꝙ ſibi illa paſ
ſione meruit dotes corporis: ⁊ aīe impaſſibi/
litatē: ⁊ nomē qđ ē ſuꝑ oē nomē: quo ad
manifeſtationē. qđ ꝗ;uis a ꝓncipio meru/
2. pars it: vt dicit magr̃. tñ̄ in paſſione huiꝰ meriti
cōplementū fuit. ¶ Scđa ꝑs ꝯcluſionis ꝓ
batur. q: de oī offenſa dei xp̄s grauiꝰ dole/
bat ꝗ; de quocūꝗ; dolore ſenſus. modo illa
inflictio actiua vel ꝓut fiebat a crucifigēti

bus: fieret grauiſſima offenſa dei. tuꝫ quia
generalis inſurrectio totiꝰ populi. tū q: in/
terfectio hoīs iuſtiſſimi. tū etiā q: dei filij.
tū q: ex motiuo impijſſimo. ſ. inuidia iude
orum. tū etiā q: modo peſſimo q: traditōe
⁊ corruptiōe diſcipuli ⁊ pecuniaria empti/
one. Tū etiā finaliter q: plurimiſ blaſphe
mijs id egerūt: in quib; ſciuit plures eorū
morituros. ¶ Eſt aūt rōnis portio inferior Nota
que ꝯſiderat agēda ⁊ omittēda: reſpiciēdo
ad circūſtantias ſūptas ex creaturiſ. ¶ Cor Corre.
relariū. Aīa xp̄i in paſſione quo ad duos
modos cū portiōe inferiori doluit. ⁊ ſolum
vno gauiſa fuit reſpectu paſſionis. ¶ Pꝫ 1
prima ꝑs. q: doluit inꝗ;tum aīma carnis:
vel quedā entitas cognoſcitiua. ſ. inꝗ;tuꝫ
non vtebat̃ rōne ꝓuia: vt dicit ꝯcluſio p̄ce
dens. ¶ Secūdo etiā doluit inꝗ;tū vſa ra/
tione: ꝯcludente ⁊ oñdente ex p̄te agētiuꝫ
id qđ erat dei inhonoratiuū: vt dicit ſecun
da ꝑs cōcluſionis p̄cedentis ¶ Sꝫ ſecūda 2
ꝑs ꝙ de paſſione fuit gauiſa ſolū vno mō.
patet q: gaudebat inꝗ;tū ꝯſiderauit ꝑ ra/
tionē bona q̄ ex eiꝰ tolerātia ſequebant̃: vt
dicit ꝓma ꝑs ꝯcluſioniſ. nō aūt gaudebat
de eius p̄ſentia ſm̄ ſe: inꝗ;tū ſcꝫ aīa cogno/
ſcit aliquid vt delectabile cū ſenſu: vł triſte
q: ſic delectabilis nō fuit ſꝫ ſolū ratiōe pra
ctica: vt dictū eſt. ¶ Quarta ꝯcluſio. Chri cōclo. 4
ſtus de ſua paſſione ſm̄ portionē aīme ſue
ſuꝑiorē inꝗ;tum illa eſt ratio: ſolū gaude/
bat. patet ꝯcluſio. q: rō ſuꝑior eſt q̄ cōſide/
rat agēda ⁊ omittēda in ꝯtemplatōe et di
lectione dei. mō vidit hac ꝯſideratiōe ꝙ il
la paſſio erat deo acceptiſſima. ꝗ vt ſic non
habuit: niſi rōnem leticie ſiue gaudij. cōſe
quētia nota eſt. q: faciēs actū acceptū deo
reſpiciēdo nude ad ip̄m deū: nullā pōt in il
lo actu habere rōnē triſticie: cū in eſſe acce/
ptū deo: vt ſic nulla pōt eſſe diſplicētia vi/
ro iuſto. ¶ Correlariū. Aīa xp̄i ꝓut ꝯſidera Corre. 1
tur cū portiōe ſuꝑiori. vno mō gaudebat:
⁊ alio mō dolebat de p̄ſentia paſſionis. nā
inꝗ;tum aīa erat ꝯſiderata ſm̄ ſe vł cogno
ſcitiua cognitiōe ſenſus dolebat: vt dictuꝫ
eſt in ꝯcluſione ſcđa. ⁊ inꝗ;tū ratio erat ſu/
perior gaudebat eo ꝙ bn̄placitū dei patriſ
adimpleuit. ¶ Secūdū correlariū. de eodē Corr. 2.
obiecto gaudebat atꝗ; dolebat. q: ita fecit
de p̄ſentia ſue paſſionis aliter ⁊ aliter cōſi/
derata. ¶ Tertiū correlariū. nō ſolū tempe Corre. 3
paſſionis fuit in xp̄o gaudiū beatifice fru
itioniſ: ſed etiā fuit gaudiū ex p̄te paſſiōis

Cōclo.5 quā patiebaꝛ ſequiꝛ ex dictiſ. ¶Quinta cō
cluſio. Doloꝛ xp̄i fuit doloꝛ vehemētiſſim⁹
Nota. inter oēs doloꝛes hui⁹ viꝫ. ¶Pro cui⁹ de
claratiōe eſt notandū. ꝙ ſicut gaudiū vl' de
lectatio fit in nobis ex ꝯueniētie cognitiōe
ꝛ ipſi⁹ adeptiōe: vt trahiꝛ a ph̄o. vij. ethic.
ſic etiā doloꝛ fit in nob̄ ex cognitiōe diſcon
ueniētis ꝛ ipſi⁹ ꝑpeſſiōe. qꝛ oppoſitoꝝ oppo
pbatur1 ſite ſunt cauſe. ¶Et ex hoc tūc arguitur ſic.
Primo de doloꝛe ptis ſenſitiue interioꝛis ꝛ
exterioꝛiſ. qꝛ ꝗto diſcōueniēs magis ꝑcipi
ebaꝛ: ſtāte ꝙ erat maxime diſcōueniēs: tan
to erat maioꝛis doloꝛꝭ introductiuū. ſꝫ ma
gis app̄hendebat xp̄i ſenſus diſcōueniēs:
qḋ ſuſtinuit. qḋ etiā in ſe maximū fuit. igiꝛ
doloꝛ ſenſus fuit in xp̄o maxim⁹. tenet cōſe
1 quētia. ¶Et maioꝛ ptꝫ. qꝛ ex hoc doloꝛ ꝓdu
ciꝛ. qꝛ diſcōueniēs cognoſciꝛ. qḋ tn̄ patiēs
tolerat. Et minoꝛ patꝫ. qꝛ xp̄s fuerat artifi
cio ſpūſſancti ꝓduct⁹ in cōplexione tēpera
tiſſima. ꝛ ſic obiecti doloꝛoſi magꝭ ꝑceptiua
ꝗꝫ vnꝗꝫ fuit aliq̄s ali⁹ hō. ¶Sꝫ ꝙ doloꝛeꝫ
2 inferens fuerat maximū: apparet. tum ex
mēbꝛis patiētibꝫ. patiebaꝛ eñ tot⁹ ſenſus
ꝑ totū coꝛp⁹ q̇ acutiſſim⁹ eſt in manibus q̄
ꝑfoꝛate ſunt in vnguibꝫ: q̇ doloꝛoſe ad co/
lumnā ꝛ in captiōe ligate ſunt. In pedib⁹
ꝓpter cōcurſum neruoꝝ ſenſitiuoꝝ: ꝛ etiaꝫ
ꝑfoꝛati ſunt. Et ꝑ totuꝫ coꝛp⁹ qḋ flagellis
ſic vndiqꝫ ceſum eſt ꝙ in eo nihil erat ſanū
3 In capite: qḋ ſpinis coꝛonatū. ¶Itē ex lō/
gitudine moꝛe. qꝛ incept⁹ doloꝛ ſenſus ī in
ſtanti captiōis ꝛ ꝯtinuat⁹ vſqꝫ ad nonam
hoꝛā diei ſequētis. ¶Itē in oīibꝫ ſenſibꝫ:
4 vt ſicut Adā oīibꝫ ſenſibꝫ ſe deo oppoſue
rat: ſic xp̄s refoꝛmādo in oīibꝫ ſenſibꝫ pe/
naꝫ capiebat. In tactu dictū eſt. In guſtu
felle potat⁹. In auditu pluribus blaſphe/
mijs cōuiciat⁹. In olfactu. quia in loco ca
dauerū crucifix⁹. In viſu. quia oculis vela
tus ꝛ terribilibꝫ oculis ab hoſtibꝫ ꝯtēplat⁹
Ecce ḡ ꝙ doloꝛ ſenſus exterioꝛꝭ ꝛ ꝑ ꝯſeq̄ns i
terioꝛis fuit maxim⁹. Vñ ꝓpha Tren. j. ḋ
eo dixit. ꝙ nō eſt doloꝛ ſiīis ſicut doloꝛ eius
Et Eſa. liij. dicit ꝓpha. Nō eſt ſpēs ei neqꝫ
decoꝛ. ꝛ vidim⁹ eū ꝛ nō erat aſpect⁹ ꝛ deſide
rauim⁹ eum deſpectū ꝛ nouiſſimū viroꝝ. ꝛ
pbaꝛ. 2. hoc eſt ꝓpoſitū. ¶Secūdo etiā doloꝛ ima/
ginatiue vel ſenſitiue interioꝛis ſequēs co/
gitatiuā: in eo fuit maxim⁹. tū quia a ſuis
ꝯſanguineis ꝛ notis patiebaꝛ. tū quia ab
his qbꝫ inumerabilia exhibuit bñficia. et
pbaꝛ.3 ſic ab ingratꝭ. ¶Tertio. qꝛ a ſeruis ſuis. rex

eñ eoꝝ erat ꝯſtitut⁹ a deo p̄re: etiā ſm̄ car/
nem. pſ̄. ij. ꝛ Zach. ix. Ecce rex tu⁹ venit ti/
bi. ¶Quarto. qꝛ a vilibꝫ pctōꝛibꝫ ꝛ īdigniſ 4
¶Quinto. qꝛ cū vilibꝫ ſiue iniq̄s deputat⁹ 5
eſt. ¶Sexto. qꝛ turpiſſimo genere moꝛtis. 6
de quo dictū erat. Maledict⁹ a deo oīs qui
pendet in ligno. Deuꝛ. xxj. ꝛ ad Galaꝛ. iij.
¶Septimo humerꝭ ꝓꝓꝛijs ꝓꝓꝛiū ſuſtulit 7
toꝛcular ꝛ baiulās ſibi crucē. Jo. xix. ¶Ter doloꝛ.3.
tius etiā doloꝛ q̇ fuit rōnis inferioꝛꝭ inꝗtū
aīa erat ſentiēs doloꝛē dicta cognitiōe ſen/
ſitiua: grauiſſim⁹ fuit in genere ſuo ob cau
ſas p̄dictas. qꝛ ille fit grauioꝛ ꝓpoꝛciona/
biliter ad doloꝛē ſenſus exterioꝛꝭ ꝛ interioꝛꝭ
grauioꝛē. ¶Quart⁹ doloꝛ q̇ erat rōis inferi doloꝛ.4
oꝛis ex his que inferebāt paſſionē. q̇ ꝓpꝛie
vocaꝛ cōpaſſionis: maxim⁹ etiā fuit. nūꝗꝫ
eñ tantū cōpaſſus ē aliq̄s inimicis ſuis ſi
cut xp̄s. de q̄ poſtea diceꝛ. Grauioꝛ etiā red
ditur cōpaſſiōe doloꝛis mr̄is. Et tertio cō
paſſione ſcādali diſcipuloꝝ q̇ moꝛtaliꝛ tūc
peccauerūt. Reddunꝛ autē oēs hi doloꝛes Nota ꝫ
grauioꝛes ꝑ vnā cām ꝓuatiuā. qꝛ a poꝛtio
ne ſupioꝛi beata vires inferioꝛes nō recipi
ebāt releuatiōꝫ. qḋ in alijs ſanctꝭ nō eſt ſic
Hec eñ ꝯſideratio paſſiōis dñice in oībꝫ
martyribꝫ alleuiationē eis ſue paſſiōis tri/
buit ſingularē. ¶Foꝛte diceꝛ. ꝙ doloꝛ peni obiectio
tentis deberet hec eſſe maioꝛ. qꝛ ꝗto bonuꝫ
qḋ amittiꝛ p̄cioſi⁹ eſt: tāto de ei⁹ amiſſiōe ra
tionabiliter doloꝛ maioꝛ eſt. ſꝫ ꝑ pctm̄ moꝛ
tale meli⁹ bonū amittiꝛ ꝗꝫ eſt coꝛpalis vita
xp̄i. qꝛ de⁹. igiꝛ doloꝛ eius debet eſſe maioꝛ ꝗꝫ
erat doloꝛ xp̄i. ¶Et ꝯfirmaꝛ. qꝛ ꝯſideratio Cōfir.
p̄cij maioꝛis videꝛ alleuiare paſſionē. mo/
do xp̄s maximū p̄ciū ſciuit ſibi deberi ꝑ paſ
ſione. puta nomē qḋ eſt ſup oē nomē. igiꝛ
patet maioꝛ ꝑ glo. ſuper illud pſalmi. xciij.
Scḋm multitudinē doloꝝ meoꝝ in coꝛde
meo: ꝯſolatiōes tue letificauerūt aīaꝫ me/
am. Qui ſalubꝛes hmōi cogitatōes cogi/
taret: ꝑ ħ mala tpalia deſpiceret. ꝛ patꝫ mi
noꝛ ex dictꝭ ¶Rñdeꝛ ꝙ doloꝛ penitētꝭ non Ad.1
eſt tāt⁹ ꝗt⁹ fuit doloꝛ xp̄i. Tū quia fuit mi
noꝛ ex ſpe venie. tū etiā ꝗuis vt argumētū
bñ ſumit: mai⁹ ſit bonū qḋ amittiꝛ ꝑ pctm̄:
ꝗꝫ coꝛpalis vita xp̄i. tn̄ vita ꝑ pñti penitēs
nō app̄hēdit ita vehemēter ſuā leſionē: ſic
hāc app̄hēdit xp̄s. mō malū ñ pl⁹ affligit
in pñti ꝗꝫ q̄ntū malū ipm̄ eē q̇ dolet appꝛe Ad2
hēdit. ¶Ad ſcḋaꝫ. ꝙ ꝗuis verꝝ ſit ꝙ cogni
tio iſtoꝝ de qbꝫ in pma pte ſcḋe ꝯcluſionis
dictū erat: ītelligebat doloꝛē: nihilominus

q2 ita vehemētia ꝛ mlta erāt afflictiua. ido
ci⁹ adhuc dolor māſit magis vehemēs int
oēs dolores h⁹ vitę: pſertim q2 diuinitas
dimiſit carnē agere ꝛ pati: nullā ſpecialē cō
ſolationē ei ſubminiſtrādo. qđ nō ꝯtingit
in paſſionib⁊ alioꝝ martyꝝ. Et etiā q2 ſci/
uit ſe hoc nomē a deo pr̄e a ꝑncipio accepiſ
Dubiū. ſe. ¶ Sʒ dubitat̄ rōnabilit̄ Utrū xp̄s pluſ
paſſus ſit dolore paſſionis: vel dolore com/
Nota.1. paſſionis ¶ Pro cui⁹ intellectu eſt notādū
ꝙ p dolorē paſſionis intelligo dolorē quem
xp̄s eſt paſſus ab exteriorib⁊ afflictiuis q̄ i
mediate redūdabat in appetitū ſenſitiuū.
ꝛ eo mediāte in oēs aię potētias. ꝛ eſt dolor
ꝑcedens dictamē rōnis. ¶ Uoco aūt dolo
rem cōpaſſionis: dolorē inferioris ptis rō/
nis: ex rōne ſumpta ex creaturis cōpatiētiſ
Nota 2 eoꝝ miſerię ꝛ inſanię q̄ eum crucifixerunt.
¶ Scđo eſt notandū ꝙ hec paſſio ſurrexit
in xp̄o tāq̧ in viro pfectiſſimo omia pfecte
cognoſcēte: ꝛ de quolibet malo diſplicētiaʒ
hūte: ordine tn̄ debito. Primo em̄ diſplicē
1 tiam habuit: vbicūq̧ aliqđ fiebat honori
dei ꝯtrariū. Sicut em̄ iubemur deū ſup om
nia diligere: qđ ꝛ recta rō dictat. ita q̄cq̄d
eſt ꝯtra honorē dei: inq̄ʒtū eſt cōtra deū pfe/
cte: imo maxime deteſtari ſm̄ ſuū gradum.
patet. q2 eiuſdē moris eſt diligere deū ꝛ odi
re ea quę ꝯtrariant̄ ei: vel quę deteſtat̄ ipſe.
querere dei honorē ꝛ odire eius improperiū
2 ¶ Scđo cōpatiebat̄ miſerię ꝓximoꝝ: ꝛ cō/
Nota.3 munitati magis: deinde ſingularib⁊ ¶ Ter
tio eſt notandū ꝛ ſequit̄ ex ꝑmo. ꝙ dolor cō
paſſionis de p ſe nō extēdit ſe ad carnē: niſi
ſolū p modū redūdantię. ſicut dr̄ Prouer
bioꝝ. xvij. Spūs triſtis deſiccat oſſa. patʒ
quia ſolū eſt in rōne oñdente aliqđ diſpli/
cens cauſalit̄. ad cui⁹ oſtenſionē ſequit̄ tri/
Nota4 ſticia volūtatꝭ. ¶ Ex h̄ quarto ſciendū ve
nit. ꝙ magnitudo doloris pōt duplr̄ ꝯſide
rari. Uno mō in ordine ad inflictiōem car
nis ꝛ diſſolutiōnē vitę Alio mō quo ad ele
ctionē volūtatis ꝛ maioris doloris in eadē
Rñſio ¶ Tūc patʒ q̄d dicendū ſit ad dubiū. Fu/
it em̄ in xp̄o dolor paſſionis ꝑmo mō ma/
ior. puta q̄ʒtū ad afflictionē carnis ꝛ diſſo/
lutionē vitę. nā fuit de p ſe ꝯtrarijs. q2 fact⁹
p ea q̄ ſua violētia diſſoluebāt diſpoſitiōʒ
2 carnis ſub q̄ poterat manere. ¶ Dolor aūt
cōpaſſionis nō redūdabat in carnē de p ſe
3 ꝛ directe: ſʒ ſolū p modū redūdātię. ¶ Un
dolorē ꝯpaſſionis ſup offenſa iudeoꝝ quā
in eū comiſſuri fuerāt: ꝛ ſup pęnis inflīgē/
dis habuit xp̄s a ꝑncipio natiuitatis: nō
tn̄ ex hoc caro grauata fuit de p ſe. vel vita
homīs ſoluta: ſʒ dolorē paſſionis carnis n̄
ſuſtinuit niſi p breue tp̄s. quia adeo vehe
mens fuit ꝙ ſua magnitudine ſtatiʒ infra
mediū diē naturalē aīam ꝺ corpe diſſolue
re potuit. ¶ Scđo dr̄. ꝙ ſcđo modo dolor Rñſio 2
cōpaſſionis fuit ſine ꝓportione. maior ptʒ
q2 volūtas xp̄i pl⁹ doluit in volūtate de of/
fenſa diuina q̄ʒ de ſua morte. pl⁹ de crimine
ꝛ cęcitate crucifigentiū q̄ʒ de acerbitate cor/
poraliū pęnaꝝ. pl⁹ de debitis pęnis inflīgē/
dis ipſis p eodē tā tpaliter q̄ʒ eternaliter q̄ʒ
de dolore quē patiebat̄ in carne. plus etiam
doluit de nr̄a quā ꝑuidit ingratitudine: q̄ʒ
de magnitudine doloris corpalis. ¶ Unde pbatio
deuot⁹ Bernard⁹. Nō vide q̄d p te patior abaucte
ad te clamo q̄ p te morior. vide pęnas q̄b⁊
afficior. vide clauos q̄b⁊ cōfodior. ꝛ cuʒ ſit
tātus dolor exterior: interior tn̄ planct⁹ eſt
grauior cū ingratū te experior. ¶ Sexta cō Cōclō 6
cluſio. In xp̄o a ꝑncipio ſui eſſe vſq̧ ad fi/
nem ſuę vitę fuit pfectū gaudiū ſuę beatifi
cę viſionis ꝛ fruitōis. ptʒ. q2 vt ꝑus dictū
eſt a ꝑncipio ſui eſſe habuit plenitudineʒ
grę. Joh. j. Et beat⁹ Auguſtin⁹ ſup Joh.
omelia. lxxxij. ꝙ tantā grām ꝙ nulla ē ma/
ior illa: nec aliqua eq̄lis. ḡ grām beatoꝝ ḡ
a ꝑncipio fuit ſm̄ hoīem beat⁹. ḡ ſp in gau
dio beatoꝝ. ¶ Correlariū. In aīa xp̄i fuit ſi/ Corre.1.
mul pfectū gaudiū ꝛ pfecta triſticia. ꝙ gau
dium: ptʒ p ꝯcluſionē iā poſitā. Sʒ ꝙ pfe
cta triſticia: ptʒ p ꝯcluſionē ſextā. q2 dolor
xp̄i fuit maxim⁹ dolor ꝛ fuit p totā animaʒ
xp̄i. ¶ Secūdū correlariū. Nō videt̄ incō/ Corre.2.
ueniēs formas ꝯtrarias ſm̄ ſuas ꝓprieta/
tes naturales poſſe ſimul eſſe ſm̄ diſpoſiti
onē ſupioris. ptʒ ex ꝑcedēte. q2 ſimul fuert
in aīa xp̄i gaudiuʒ beatitudinis ꝛ extrema
triſticia carnis: q̄ vident̄ eſſe ꝯria ſm̄ diſpo
ſitiōes ſuas naturales. ¶ Sʒ dicet̄. ꝙ non opponit̄
fuerūt ꝯtraria q2 nō reſpectu eorūdē obie/
ctoꝝ. q2 vnū fuit reſpectu glię ꝛ glioſi obie/
cti: ꝛ aliud fuit reſpectu corporis afflictiui.
¶ Iſtud nō valet. q2 gaudium btitudinis Solō
equiualēter vel virtualit̄ oī dolori q̄ʒtuʒ eſt
ſm̄ ei⁹ ꝯditiōem ꝓpriā ē repugnās. q2 ē il/
lud q̄ de⁹ expellit oēm lachrymā ab oculis
ſctōꝝ. ꝛ ḡ de cōi lege nullā triſticiā ſecū tole/
rat niſi diuīa diſpoſitiō e h̄ ſpecialiter fiat.
¶ Sʒ ꝯtra dices. ſequit̄ dolet: ḡ nō gaudet replica
ḡ non ſtat ꝙ ſimul gaudeat ꝛ doleat. ꝯñtia
tenet. q2 ꝯtradictoria non cōpatiunt̄ ſe. ec

antecedēs patet. quia cōtraria oppoſitio i
2 cludit cōtradictoriam. ¶ Secūdo. qꝛ quō
poteſt hoc eē ꝙ aliqs ſumme gaudeat ⁊ cū
hoc ſumme doleat. videt̄ vtiqꝫ ꝙ imagina
3 tio hec nō bene cōcipere poſſit. ¶ Tertio. qꝛ
ad minꝰ videret̄ ꝙ vna qualitas cōtraria/
rum aliā mitigare deberet. ⁊ ſi nō in eſſentia
tamē in affectione ſubiecti: vt dato ꝙ ſum/
me albedo ⁊ nigredo eſſent in eodē ſbiecto
videt̄ ꝙ ſubiectū magis eſſꝫ medio modo
Ad.1 affectū ꝙ̄ albū vel nigrū. ¶ Rn̄detur ad ꝓ
mā. ꝙ ꝙ̄uis vniuerſaliter in abſtractis cō/
traria ſe cōtradictorie inferāt. ſicut bn̄ ſeqꝲ
hoc eſt albedo. ḡ nō eſt nigredo. tn̄ in ꝯcre/
tis nō ſic. nō em̄ ſequit̄. hoc eſt calidū. ḡ nō
eſt frigidū: vocādo om̄e illud frigidum: in
quo eſt ſumma frigiditas. ⁊ ꝙ ꝑ eā poteſt i
frigidare: dn̄o cohibēte actionē ſumme ca
liditatis ſecū exiſtētis poteſt em̄ dn̄s face/
re vt ſumma caliditas ⁊ ſumma frigiditaſ
ſint ſimul in ſubiecto. ⁊ ꝙ agat ſubiectū cū
qualibet ſeu altera eaꝝ: deo volēte agere cū
ea ⁊ nō ſimul cū alia: ꝙꝙꝫ ſe ſimul nō impe/
Ad 2 diat. qꝛ ħ nō videt̄ implicare. ¶ Ad ſecun/
dam dꝛ. ꝙ hoc nō potuit eſſe niſi dei ſpecia/
li diſpenſatiōe. ſcꝫ deo ſic moderāte: ꝙ gau/
dium nō mitigauerit dolorē. ⁊ econtra ꝙꝙꝫ
pars gaudēs manſit cū gaudio pleniſſimi
pbat.1. doloꝛ receptiua. ¶ Et ꝙ hoc ita fuerit i xp̄o
patet ꝑ rōnabiles ꝓbabilitates. ¶ Prima
eſt. ꝙ ꝙ̄uis ita ſit ꝙ gaudiū om̄es triſticiaſ
minuat: ⁊ beatitudo de ſui natura a fame ⁊
a ſiti: frigore ac eſtu ꝓſeruet: tn̄ xp̄us ꝑfecte
beatꝰ exiſtēs: om̄ibꝫ his paſſionibꝫ ſubfuit
Vn̄ vt dicit Augꝰ. in enchiridion. diuini
tus factū fuit vt gaudiū aīe in appetitū
ſenſitiuū cōiter nō redūdaret. ⁊ ḡ inflictiua
corpis: ſuā vim poterāt dirigere in ſenſum
⁊ cōſequēter in totā aīam naturalit̄ ſue car
2 ni cōpatientē. ¶ Scd̄o. ꝙ ita fuerit in xp̄o.
pater ex eo ꝙ ſimul fuit viator ⁊ cōphēſor.
de quorū rōne eſt ſm̄ ſtatuꝫ cōprehenſoris
ꝑfecte gaudere. ⁊ ſm̄ ſtatū viatoris ſepe do
lere. quorꝫ vtrūqꝫ decuit. qꝛ rōne vnionis
hypoſtatice decuit aīam beatā eſſe: ⁊ ſm̄ ſta
tum redēptoris q̄ homo redimēdus erat:
3 paſſionibꝫ ⁊ doloribꝫ poſſe ſubeſſe. ¶ Ter/
tio. qꝛ de rōne aīe beate eſt niſi diuia diſpen
ſatione cohiberet̄: vt corpus faciat glioſuꝫ.
ſcꝫ ꝑ redundantiā glie in corpus. hoc aūt
in xp̄o vſqꝫ ad reſurrectionē nō fuit factuꝫ.
⁊ ḡ nō videt̄ iſtud fuiſſe niſi diuina diſpen
ſatione factū. quia ſic fieri fuit congruum.

¶ Ad tertiā. ꝙ nō eſt gaudiū mitigatū vel Ad.3
imminutū ex dolore ſimul in ſubiecto exi/
ſtente. nec etiā doloꝛ minoratꝰ eſt ex glia be/
atitudinis aiaꝫ pleniſſime ꝑficiētis Sub
fuit em̄ ꝑfecte paſſionibꝫ ⁊ doloribꝫ more
veri viatoris. ⁊ felix fuit pleniſſima gloria
creaturarū: more ſupremi cōphenſoris iter
creaturas. nec vnꝰ illoꝝ duoꝝ ſtatuū aliū
minuit nec quomodolibet impediuit. ¶ Et pbat
ꝙ hoc fieri potuerit patet ꝑ hoc. quia deus
cū vtroqꝫ ꝯcurrere voluit ſuo mō. ⁊ noluit
ſic cōcurrere cū aliq̄ eoꝝ vt minueret aliud
in ſubiecto. ⁊ ſic ſimul afflictiua dolorem ⁊
clara viſio gaudiū aīe inducebāt: que in
nullo ſe mutuo deo nolēte coagere quomo
dolibet reprimebāt. Hoc de ſecundo arti.

# Quantum ad ter/

ticulū de queſito. Utrū hic doloꝛ alicui vo/ Nota.1
luntati diuine diſplicuerit: ¶ Ubi primo
eſt notandū ꝙ Damaſcenꝰ libro. ij. ca. xiiij
diuidit voluntatē xp̄i in duo membra. ſcꝫ
diuinā ⁊ humanaꝫ. ¶ Magiſter diſ. xvij. 2
poſtqꝫ poſuit diſtinctioneꝫ volūtatis chri
ſti in diuinā ⁊ humanā: in caplo. vij. ſbdi/
uidit humanā in affectū ſenſualitatis ⁊ af
fectū rōnis. ⁊ ſic ſm̄ eū in xp̄o fuerunt tres
volūtates. ſcꝫ increata ſiue diuina: ⁊ crea/
ta ſiue humana. ⁊ hec duplex. ſcꝫ volūtas
ſenſualitatis ⁊ rōnis. ¶ Tertio. venerabilꝭ
Hugo de ſancto victore diuidit volūtateꝫ 3
chriſti in quattuoꝛ mēbra. innuēs ꝙ i chri
ſto fuit volūtas diuinitatis: rōnis: pieta/
tis ⁊ carnis. Unde dicit ꝙ volūtas diuini
tatis ꝑ iuſticiā ſententiā dictabat. volun/
tas rōnis: ꝑ obedientiā veritatē approba/
bat. volūtas pietatis ꝑ compaſſionē i ma
lo alieno ſuſpirabat. volūtas carnis ꝑ paſ
ſionē in malo ꝓprio ſuſpirabat. ¶ Secun/ Nota.2
do eſt notandū. ꝙ he dictiōes nō ſunt op
poſite. nā ſi volūtas xp̄i diuidat̄ ſm̄ natu/
ram: ſic ſunt in xp̄o due volūtates ſm̄ ꝙ in
eo ſunt due nature ītelligibiles. ſ. diuina ⁊
humana. ⁊ hoc modo ꝓcedit diuiſio Da/
maſceni. Et eſt magis ꝓpria. qꝛ ꝓprie non
eſt volūtas niſi in natura intellectiua ⁊ me
diante eiꝰ cognitōe. ⁊ cū hec in chriſto erat
duplex: puta diuia ⁊ hūana: poſuit dama
ſcenꝰ in xp̄o duplicē volūtatē. ¶ Scd̄o mo 2
do pōt volūtas ſumi ſiue diuidi ſm̄ poten
tias appetēdi. ⁊ ſic cū xp̄o eſt cognitio diui
na quā ſequit̄ potētia volēdi diuia. ¶ Se/

cundo ē cognitō intellectiua creata: ſm hāc eſt in xp̄o volūtas rōnis. ſ. ea q̄ ſequit rōe3 vel cognitionē deliberatiuā creatā ¶ Tertio eſt in xp̄o cognitio ſenſitiua. quā ſequit appetitus carnis: q̇ largo modo dr volūtas. ¶ Unde. iij. ethicoꝝ ph̄s dicit ꝙ in beſtijs ⁊ pueris eſt volūtas: q3uis magis ī adult appetit⁹ ſenſitiu⁹ dicat volūtas q3 in puer vel in beſtijs. quia hęc eſt nata obedire rationi: vt habet ṗmo ethicoꝝ in fine. In pueris vel beſtijs volūtas carnis nō eſt nata obedire ſuę rōni: cū adhuc rōnem nō habeant. ¶ Uerꝝ ē: ꝙ ſi ꝑprie loq̇ vellem⁹ de voluntate: tūc nō eſſet volūtas niſi in rōnali pte ip̄i⁹ aię: vt habet. iij. de aia. Hāc diuiſionem ſecut⁹ eſt magiſter in loco p̄dicto extē-

3 dendo nomē volūtatis ad appetitū carnis ſiue ſenſus. ¶ Tertio modo diſtinguit voluntas xp̄i nō ſm differētias reales ſed ſm diuerſos modos appetēdi: ſic volūtas rationalis ſubdiuidit. ſ. in naturalē ſequētem nudā cognitionē ſenſus: ⁊ deliberatiuā. Et hāc ṗmā vocauit Hugo volūtatē pietatis. q2 naturaliter ꝯpatiebat corpis dolori: mediāte cognitione ſenſus. Scdām vocauit volūtatē rōnis. q2 ſeq̄bat rōnē deliberatiuā ¶ Et ſm hunc modū Hugo poſuit q̄ttuor volūtates. q3uis ī xp̄o nō ſint niſi triplices cognitiōes. q2 en̄ volūtas rōis duplici cognitiōe cognoſcit. ſ. a ſenſu ſine deliberatiōe ⁊ ab intellectu cū deliberatiōe: q̄ eſt ſibi ppria. ſm quaꝝ quālibet nata eſt moueri: eā duob᷑ noib᷑ nominauit. vñ pt3 ꝙ hę diuiſiones oēs ſibi ꝯformes ſint: licet aliq̄ ma-

Nota 3 gis explicite: aliquę min⁹. ¶ Tertio eſt notandū ꝙ vidēdo de quęſito de duob᷑ vidēdum erit. Primū. vtrū dolor alicui volūtati diſplicuerit? Secūdo. vtrū aliqua voluntatū haꝝ alicui alteri contraria fuerit?

Cōclo. 1 ¶ Quo ad ṗmū eſt cōcluſio ṗma hęc. dolores vulnera ⁊ verbera pti ſenſitiuę in xp̄o ⁊ eius volūtati diſplicuerūt. pbat. q2 oī dolēti carēti rōne ſu⁹ dolor ⁊ ea ex q̇b᷑ eſt diſplicent. ſ3 volūtas ſenſitiua xp̄i fuit dolens et carēs rōne. ḡ diſplicuit ſibi dolor ⁊ ea q̄ illū

1 inferebāt. ¶ Patet maior. q2 h̄ eſt naturale mō naturā rei tollere: ſeruata re: etiā de⁹ nō vult nec poſſet. q2 neceſſe eſt vt omis res ſit ſuę naturę. ⁊ ad experientiā patet. q2 q̄ntūcūq3 volita ab ęgro fuerit potio amara: tamē guſt⁹ amaritudinē vellet ſibi abeſſe.

2 ⁊ in ea dolet. ¶ Minor nota eſt ex dictis ī ſecūdo articulo: quo ad ṗmā partē. ⁊ quo ad ſecundā pat3. q2 deliberatio nō ineſt voluntati carnis. ¶ Correlariū. voluntas car- Corre.
nis in xp̄o pęnā recuſabat. pt3 p ꝯcluſionē q2 quicq̄d diſplic3 potētię cognoſcitiuę nō rōnali. illud ip̄a recuſat. q2 h̄ eſt ei⁹ recuſare: diſplicentiā in eo hr̄e. mō voluntas carnis fuit potētię cognoſcētis nō rōnalis: ⁊ ei diſplicuit dolor: vt dicit ꝯclio. ¶ Scda cō- Cōclo. 2
cluſio. videt mihi pbabil: ꝙ etia3 volūtati pietatis ſiue volūtati rōnis inq3tū ſeq̄bat naturā ſuā ſine rōne p̄uia hec eadē diſplicuerūt. pbat ſic. q2 cognitō3 ſenſus inſeq̄ndo ⁊ ſm illā appetēdo: eadē vult aīa q̄ ſenſus. mō volūtas pietatis ſiue volūtas aīmę rōnalis inq3tū appetit ſine rōne p̄uia: inſequit cognitionē ſenſus. ḡ eadē voluit ſic q̄ ſenſus: cū itaq3 p p̄cedente3 ſenſus voluit hęc ſibi defuiſſe. immo doluit de eoꝝ p̄ñtia. patet ꝙ etiā volūtas rōnis hęc ſibi voluit abfuiſſe inq3tum ſequębat naturā ſenſus. Maior nota eſt ⁊ minor patet. q2 voluntas pietatis ſiue appetit⁹ aię q̇ fit in ea ſine pręuia deliberatiōe eſt motus qui fit in ea. ex nuda rep̄ſentatione ſenſus. quia mouetur ⁊ inclinat ſic immediate ad rep̄ſentationem phantaſmatū. ¶ Tertia ꝯcluſio. vo- Cōclo. 3
luntas diuina xp̄i voluit hęc omīa. ſ. dolores: vulnera: ⁊ alia dolorē inferētia. pt3. q2 voluit deo hoc modo ſatiſfieri p crimīe protoplaſti. Ideo dicit Hugo ꝙ ſententia3 dictabat. ¶ Et ex alio. quia cū hic dolor fuerit effectus poſitiu⁹: neceſſe eſt ꝙ fiebat a deo volūtate bn̄placiti: cū in nullū effectū poſſit cauſa ſecūda ſine ṗma. Et pat3 Eſa. liij. oblatus eſt quia ipſe voluit. ¶ Quar- cōclo 4
ta ꝯcluſio. volūtas rōnis in xp̄o hęc omīa voluit adeſſe inq3tū ſequębat rōnem. pt3. quia illa in nullo potuit obliquari a diuina rectitudine. ḡ cū p p̄cedentē diuīa volūtas hęc voluerit adeſſe: etiam eadē voluit volūtas deliberatiua: ſiue ſequēs p̄uiā ratione3. ¶ Sequit correlarie. ꝙ vnū ⁊ idē xp̄s Corre.
ſibi ſm diūſas volūtates adeſſe voluit et abeſſe. pat3. q2 volūtate carnis ⁊ pietatis: dolores ⁊ eos infligētes recuſabat ⁊ refugiebat. ſm voluntatē diuinā ⁊ deliberatiuā eoſdē voluit adeſſe p ꝯcluſiones iā p̄cedētes proximę. igit correlariū verꝝ. ¶ Uñ videtur de iſtis eſſe ſicut de infirmo ſanitatis pbat per
cauſa cōſequendę ſumēte potionē amarā ſimile
quā volūtate deliberatiua ſibi vult adeſſe ⁊ voluntate ſenſitiua guſtus ac rōne conformante ſe illi: ſecluſa deliberatione illa3

applicat refugit ⁊ recuſat. ¶Et h̄ eſt qđ ꝑus allega/
tum eſt ab Hugone. ꝙ diuia volūtas ſen/
tentiā dictabat: quo ad ꝯcluſionē tertiam
volūtas rōnis ꝑ obediētiā veritatē appro/
babat: q̄ ad quartaȝ volūtas pietatis ſub
alieno malo ſuſpirabat: q̄ ad ſcđam. ⁊ vo
lūtas carnis ꝑ paſſionē ſb ꝓprio malo ſu/
2. pars ſpirabat q̄ ad ꝑmā. ¶Sȝ q̄ ad ſcđaȝ ē ſciē/
arguit. 3 dum. ꝙ volūtates has eſſe ꝯformes ſiue ī
aliq̄ repugnātes pōt intelligi dupl̄r. Uno
mō ꝙ ſit ꝯformitas ī volito: vicȝ ꝙ illđ ſꝑ
2 velit inferior qđ ſuꝑior ¶Alio mō ī modo
volēdi. quia videlicet ꝙ inferior illud vult
qđ ſuꝑior vult eā velle. ſicut etiā de hoc ī ꝑ
Cōclō 1 mo fuit dictū. ¶Quib; ꝑmiſſis eſt prima
ꝯcluſio hec. Aliq̄ volūtas in xp̄o diuię vo
luntati ⁊ volūtati deliberatiuę nō fuit ꝯfor
mis ī volito reſpectu obiecti doloroſi. pȝ. qr
ita dictū eſt in correlario p̄cedētis pt̄. qr do
lorē volūtas carnis ⁊ pietat̄ recuſabat quē
Corre. volūtas diuia ⁊ rōis volebat. ¶Correlariū
Diſſonātia erat ī volito int̄ volūtates xp̄i
pȝ ex ꝯcluſiōe. voco aūt diſſonantiā: q̄ȝli/
bet nō idētitatē. mō licet xp̄s nullā diffor/
mitatē nec ꝯtrarietatē in voluntatib; ha/
buit: vt poſt dicet̄. tn̄ nō q̄libet ſua volun/
tas ī volito ſe cuilibet ſuę volūtati ꝯforma
Cōclō. 2 uit. ¶Secūda ꝯcluſio. Quęlibet volūtas
inferior xp̄i ꝯformis fuit ſuꝑiori in mō vo
lendi. ꝓbat̄ ſic. qr ſꝑ inferior ī eo ſic voluit
ſicut ſuꝑior eā voluit velle. g̊ ꝯcluſio vera.
ꝯñtia tenet. ⁊ añs pȝ qr diuina voluit vt
caro doleret. ⁊ vt dolorē ⁊ inflictiua ei⁹ cu/
peret nō adeſſe. qr hęc ē ei⁹ natura. imo ex
hoc doluit. qr aderāt ei q̄ voluit defuiſſe vl̄
quę naturaliter refugiebat. Eodē mō rō ī/
q̄ȝtum natura cōpatiebat̄ carni ⁊ appete/
bat doloroſa nō adeſſe; triſticia declinādo
ſilr volūtas deliberatiua ſic voluit ſicut di/
Cōclō 3 uina voluit eā velle. ¶Tertia ꝯcluſio. In
xp̄o nō fuit ꝯtrarietas volūtatū. ꝓbat̄ ſic.
ibi nō eſt ꝯtrarietas vbi ſꝑ inferior ſic vult
ſicut ſuꝑior vult eā velle. ſȝ ita eſt ⁊ fuit in
xp̄o. g̊ patet maior. qr q̄ȝuis aliud velȝ ali
q̇s q̄ȝ ali⁹: ſi tn̄ ille ali⁹ vellet eū h̄ velle: nō
cōtrariaret̄ ei. vellet em̄ hoc qđ alius vellet
eū velle. Minor patet ꝑ ꝯcluſionē p̄cedē/
tem. Un̄ in xp̄o quęlibet pōtētia voluit ſu/
um: ſȝ ita voluit eā velle diuina volūtas.
2 ¶Et ex h̄ dicit Hugo. ꝙ caro iuſticiā non
accuſabat: ſȝ penā recuſabat. Un̄ diuina
volūtas ſequębat̄ iuſticiā. deliberatiua obe
dientiā. pietatis miſericordiā. ⁊ carnis na

turam. ⁊ in neutro iſtoꝝ eſt cōtrarietas. qr
ſicut dei erat iuſticiā nō deſerere: ita carnis
erat naturā ſeruare. ⁊ pietatis erat alienaȝ
miſeriā nō amare. ¶Cōfirmat̄. qr oīa iuſta Confir.
ꝯſonāt nec ꝯtrariant̄. modo oēs volūtates
xp̄i q̄ȝuis aliud ⁊ aliud voluerint. tn̄ ſerua
bant id qđ erat iuſtū. g̊ cōſonantiā ⁊ nul/
lam cōtrarietatē. tenēt ꝯñtię. Et pȝ maior
qr ſicut om̄e veꝝ cōſonat om̄i vero: vt ha/
betur in. j. ethi. ita om̄e qđ vere eſt iuſtum:
om̄i iuſto ꝯſonare neceſſe eſt. Et minor pa
tet ex dict̄. qr q̄libet potētia volūtat̄ ſerua
bat illud qđ ſꝫm eā erat iuſtū: qđq; ſimpli/
citer iuſtū: vt volūtas increata iuſticiā. deli
berata creata obedientiā. pietatis natural̄
cōpatiētiā ⁊ carnis naturā. ¶Correlarium Corre.
cū diſtinct̄ volitis ſtat plena cōcordia vo
luntatū. patȝ. qr ꝑ ꝑmā volūtatē xp̄i diſti
cta erāt volita. ⁊ tn̄ ꝑ naturā māſit in eiſdē
oīmoda cōcordia. g̊ ꝯclō vera. ¶Inſuꝑ hoc
ꝙ q̄ȝuis diuerſa volita fuerint in xp̄o: ꝙ tn̄
nulla cōtrarietas volūtatū erat ī eo ¶Pa
tet ꝑmo qr cōtrarietas appetituū dicē diſor 2
dinatōȝ. tal̄ aūt ī xp̄o eē nō potuit ¶Secū
do qr mot⁹ q̄ diuię volūtati eſt cōtrari⁹ in
clinat ad illicitū: h̄ ī xp̄o eſſe nequit. ¶Ter 3
tio. qr volūtas carnis nequit eē rebellis vo
luntati diuię vl̄ rōnis rectę. g̊ fuit in chriſto
plena cōcordia. ꝯñtia nō ē. ⁊ añs pȝ. qr ſi
fuiſſet ei ꝯria: fuiſſet ī xp̄o pctm̄. Nā vt di
cit Aug⁹. Nōnullū viciū eſt: cū caro cōcu/
piſcit aduerſus ſpm̄. ¶Quarto qr cuȝ xp̄s 4
erat ꝑfecte innocēs: nō potuit pl⁹ ī eo eē cō
trarietas appetituū q̄ȝ in Adā in ſtatu ino
cētię. mō in illo nō fuit cōtrarietas appeti/
tuū: vt ī ſcđo dictū fuit. g̊ nec in xp̄o. ¶Sȝ Ar. 5.
cōtra hāc cōcluſionē ⁊ ei⁹ correlariū pōt ſic
argui. Chriſt⁹ habuit q̄ndā ꝑuatā volūta
tē hoīs. g̊ repugnantē. ꝯñtia videt̄ tenere.
qr da: ꝙ nō repugnabat. ſeq̇t ꝙ ꝯformis fu
erat. g̊ cōis. g̊ nō ꝑuata. añs ē bti Aug̅. ſu/
per pſal. xxxv. dicētis. Quātū diſtat de⁹ ab
hoīe. tātū diſtat volūtas dei a volūtate ho
minis. vn̄ gerēs hoīem xp̄s oñdit ꝑuatam
q̄ndā hoīs volūtatē. ¶Scđo. qr xp̄s aliq̄ arguit. 2
volūtate volebat nō deſtrui hierl̄m. ⁊ diui
na volūtate voluit eā deſtrui. g̊ cōtrarietas
volūtatū. ꝯñtia tenet vt videt̄. qr volūta/
tes ſunt cōtrarię: quarū vna aliquid vult:
quod alia nō vult. Et añcedēs ꝑ ꝑma pte
patet Luc. xix. quia flebat ſuꝑ illā. Et pro
ſcđa pte patet. qr h̄ deus voluit fieri. eo ꝙ n̄
cognouit tps viſitatōis ſuę: vt habet̄ ibidē

arguit.3 ¶ Tertio.q2 ille voluntates ſunt ɔtrarię q̄ ſunt ɔtrarioꝝ volitoꝝ:ꝑ beatū Aug.x.de tri.mō ſenſualitatis volūtas in xp̄o ⁊ rōnis vel deliberatiōis fuerūt ɔtrarioꝝ volitoꝝ. q2 ſenſualitatis volūtas erat viuere.⁊ rōnis erat ipm̄ mori.q2 ita erat dictatū ꝑ volūtatem diuinā:cui volūtas rōnis penitus obediebat.
Confir. ¶ Et cōfirmaẜ.q2 timor ⁊ ſecuritas ſunt ɔtrarię res.mō in rōne.ſ.volūtate deliberatiua in xp̄o erat ſecuritas. q2 iā beatꝰ erat.⁊ in carnis volūtate erat timor. Scriptum eſt em̄ ꝙ cepit pauere ⁊ tędere. Mathei.xxiij.
argui.4 ¶ Quarto.q2 volūtas rōnis aut ɔſentiebat volūtati carnis: aut repugnabat.ſi ſcd̄m.ḡ inter volūtates xp̄i erat repugnātia. Si ɔſentiebat.ḡ voluit in ɔtrariū volūtatis diuię:q̄ voluit carnem mori.⁊ ſic peccaſſet mortaliẜ.qđ nō eſt dicēdū. ¶ Rn̄deẜ ad has.
Ad 1 ¶ Ad p̄mā.ɔcediẜ añcedēs.ꝙ xp̄s habuit volūtatē ꝓuatā.q2 aliud volitum q̄3 volūtas dei volebat:ſ3 nō alio mō. Et ḡ negeẜ ɔn̄tia:cū inferẜ ꝙ habuit repugnantē. Attēdiẜ em̄ ꝓuatio nō penes ɔtrario mō velle:ſ3 penes aliud velle.⁊ cōcediẜ ꝙ volūtas carnis erat cōis cū volūtate diuina in mō volēdi:ſ3 nō in volito.
habit⁹ diſtinguuntꝰ in ſciētijs humanitus
acquiſitis: ſꝫ non oportet ſic eſſe de infuſis.
¶ Secūdo dr̄. ꝙ hoc adhuc habet modera 2
ri: videlicet ꝙ iuxta diuerſitatē obiectorū
diuerſificantꝰ act⁹ ꝛ habitus: qn̄ eſt diſtin/
ctio formalis obiectoꝝ: nō habentiū attri/
butionē inuicē: nec ad vnū cōmune ambo
bus. modo om̄ia de quib9 eſt fides habent
attributionē ad vnū p̄ncipiū. ſ. ad p̄ncipi/
um veꝝ. ¶ Tertio diciꝰ ꝙ ad diuerſos aſſen 3
ſus actuales de credendis: ſequunꝰ diuerſi
habit⁹: quoꝝ q̄libet eſt fides acq̄ſita. Et dō
ea fide ꝯceſſum eſt ꝙ eſt reſpectu diuerſorū
ſpecie diuerſa. ꝛ hoc in tertia ꝯcl̄one. Cū q̄
tn̄ ſtat ꝙ de om̄ib9 eſt eadē fides habitualꝰ
infuſa inclinās ad p̄mā veritatē credendā
ꝛ ad om̄ia reuelata ꝑ ipām. ¶ Et ꝑ hoc ptꝫ
q̄d ad p̄mā ꝯfirmationē ſit dicendū. Con Ad ꝯfir.
cedendū eſt em̄ ꝙ diſtinctoꝝ articuloꝝ po/ p̄mam
teſt eſſe diuerſa ſpecie fides acq̄ſita. ꝛ ꝙ illa
ſit v̄tus: nō aūt theologica ſꝫ acq̄ſita ex aſ/
ſenſu ꝑ v̄tutē fidei infuſam. ꝛ h̄ totū eſt ꝑ
dictis in ſcōa ꝛ tertia ꝯcluſionib9. ¶ Ad ſe Ad 2
cundā. ꝙ beat⁹ Aug⁹. nō vult ꝑ illā auctē
ꝙ fides ſit ps iuſticie: ſꝫ ſolū vult ꝙ ꝓporti
onabiliꝰ ſit iuſtū: ſumme veritati fide inhe
rere: ſicut iuſtū eſt ſummā bonitatē ſumme
diligere vel latria colere. ꝛ h̄ nō eſt ꝯ dicta.
¶ Ad tertiā negeꝰ maior: loquēdo de ſciētia Ad 3
acq̄ſita ꝛ de electiōe ſequēte. Hec em̄ diuer
ſificantꝰ iuxta diuerſitatē ſuaꝝ cauſaꝝ: a q̄/
bus ꝛ cū quib9 fuerit. Sec⁹ eſt de habitib9
infuſis. nā tales pn̄t eſſe ſimplices ꝛ pluriū
obiectoꝝ: vt dictū fuit de ſciētia infuſa aīe
xp̄i: ꝛ p̄ſertim vbi oīa obiecta attributionē
hn̄t ad vnū p̄ncipiū: ſicut ī fide oīa creden
da ad p̄ncipiū veꝝ. ꝛ ī charitate oīa diligē
da ad p̄ncipiū bonū. ¶ Ad q̄rtā. ꝯceſſo an̄ Ad. 4
cedēte: negeꝰ ꝯñtia. Nā poſſibile ē ꝙ aliq̄
vtaꝰ actib9 ceteraꝝ v̄tutū: ꝛ tn̄ nō ꝓpterea
eas ī ſe ꝯtineat. Vt aliq̄s charitate infor/
mat⁹ q̄ eſt oīm v̄tutū ſūma ſeu maxia: oēs
alias v̄tutes ordinat ī deū: ſic prudētia oēſ
v̄tutes morales ad debitū finē regulat: ſin/
gulis ꝓuidēdo de medijs aptꝭ. neutra tn̄ il/
larum eſt cetere v̄tutes. nec ꝓprie ꝯtinens
eas ¶ Sic ſimiliter fides ordinat oēs act⁹ 2
ad glīam: quā credit bonis affuturā ꝑ p̄n/
cipiū veꝝ qd̄ eſt ei⁹ obiectū: ſed non ex hoc
eſt alie virtutes. Hoc de primo dubio.

Dubiũ ſcðm nõ ¶Scðm dubiũ. Utrũ charitas ſit forma
fidei infuſę. ¶Pro cuiꝰ declaratõe notãdũ
eſt. ꝙ aliq̃d eſſe formã alteriꝰ p̃t itelligi du
pliciť. Uno mõ ꝓprie: ſic q̃ð inheret alteri
vt ſbiecto: vt aĩa corpi vł albedo parieti.
Alio mõ attributiue. q: reſpectu ipiꝰ aliq̃s
hꝫ ꝓportionabiles habitudĩes: ſic̃ forma
Cõclo.1 naturał hꝫ ad ſbiectũ ſuũ. ¶Quo p̃miſſo ē
p̃ma ꝯclio hec. Charitas nõ ē forma fidei
p̃mo mõ puta ꝑ realē inhęſionē. h̃ apparꝫ
de ſe. q: charitas ⁊ fides ſunt v̾tutes quę ex
oppoſito diuidũt idē genꝰ. ſ. v̾tutē infuſam
2 ⁊ i talibꝫ vnũ nõ informat reliquũ. ¶Jteꝫ
poſt diceť. ꝙ fides ē in itellectu ⁊ charitas ĩ
volũtate. mõ habitꝰ diuerſaꝝ potẽtiaꝝ nõ
informãt ſe mutuo. Tertio generaliť. nullũ
accidẽs cõponiť itrĩſece ex ptibꝫ diuerſaꝝ
rõnũ. nec duo accidẽtia nata ſunt iuicē cõ/
ponere. ¶Scða ꝯclio. Charitas p̃t vocari
Cõclo.2 forma fidei attributiue. h̃ apparet primo.
Jllð ꝑ q̃ð res opať hꝫ reſpectu eiꝰ rõnē for/
mę ſꝫ charitate fides opať. igiť ⁊c̃. Maior
nõ ē. q: formę ē agere. p̃mo de generatõe. et
mĩor ptꝫ ꝑ aplm ad Gal. v. Fides ꝑ dile/
ctiõꝫ opať. ¶Scðo ſic. q̃ð p̄cedit vt igno/
ꝓbať.2. biliꝰ ⁊ iꝑfectũ ⁊ nõ valẽs i actũ vt ad eũ or
dinať reſpectu alteriꝰ ſeq̄ntꝭ ⁊ magꝭ ꝑfecti ꝑ
q̃ð ꝑficiť ad actũ: vt ad eũ ordinať merito
reſpectu illiꝰ hꝫ rõnē materię. ⁊ illð alið rõ/
nē formę. mõ fides p̄cedit charitatē vt mi
nus nobił ⁊ vt iꝑfectũ nõ valẽs in actũ: vt
ad eũ ordinať. ⁊ charitas ſeq̄ť vt magꝭ ꝑfe
ctũ ⁊ ꝑficiẽs fidē in ⁊ ad eundē actũ. igiť ⁊c̃
¶Ptꝫ maior. q: tales ꝯditões hꝫ materia
reſpectu formę. p̃or ei eſt: ea minꝰ nobił eſt:
⁊ impfecta ē. nec i actũ p̃t niſi ꝑ formã. eo ꝙ
h̃ aliq̃d nõ ꝯſtituit niſi adueniẽte ⁊ ĩhęren
te forma i ſbſtantialibꝫ. vt hęc ex vij. meta
phiſicę ſatꝭ nõ ſunt ⁊ ſuꝑponũť ad pręſens
¶Mior declarať. fides ei p̃mo p̄cedit cha/
2 ritatē. q: ē habitꝰ cognitiuꝰ oñdẽs ſbiectũ
amabile. ſic̃ ğ cognitio q̃ ē actꝰ fidei p̄cedit
dilectõꝫ q̃ ē actꝰ charitatꝭ. ita habitꝰ hitũ.
3 ¶Sꝫ ꝙ minꝰ ꝑfecta ſit ptꝫ. j. Cho. xiij. ma
ior aũt hoꝝ ē charitas. Sꝫ ꝙ i actũ nõ poſ
ſit ꝓut ad eũ ordinať. ptꝫ. q: inſtituta ē vt
meritorie iherear p̃mo v̾o. mõ q̄uis i actũ
intellectꝰ q̃ ē dictꝭ dei i oibꝫ aſſentire poſſit.
⁊ ſic i credẽdo ſe ꝯformare vero p̃mo. tñ nõ
põt h̃ meritorie facere niſi volũtate p̄cipiẽ/
te: vt ſe captiuet i ꝯriũ apparẽtiaꝝ natura
liũ in obſequiũ fidei. nec h̃ ſufficit niſi h̃ ex
charitate faciat. vt patꝫ i dicto. c. xiij. Jm/
mo fides q̃ mõtes trãſferret nõ faceret ſuũ
actũ vt eſt inſtituta ⁊ ordiata ad eũ ꝑ deuꝫ
niſi ex charitate h̃ faciat. Sic ğ ptꝫ ꝙ cha
ritas aliq̃ mõ ē poſterior fide: ea ꝑfectior et
faciẽs eã credere ſic ſic̃ inſtituta ē ad credẽ/
dũ. ⁊ ğ eiꝰ forma vocať. ¶Tertia ꝯclio cuꝫ Cõclo.3
ambro. q̄uis caritas poſſit dici oim v̾tutũ
aię in q̃ eſt: forma. magꝭ ꝓprie tñ eſt forma
fidei. Prima ps ē Ambroſij i glo. ſuꝑ illð
ad Ro. iiij. Potẽs ē dñs ſtatuere illuꝫ. Et
allegať ꝑ mgřm i lr̃a diſ. xxiij. c. iiij. dicentē
Charitas mr̃ eſt oim v̾tutũ q̃ oẽs iformat
ſine q̃ nulla v̾tus v̾a eſt. Et ptꝫ. q: nulla v̾
tus opatione hois reddit bonã ſimplr̃. ſcꝫ
meritoriã: niſi charitate opeť. ¶Scða ps 2. pars
ptꝫ. q: licet charitas oẽs v̾tutes formet: q̃
ad actũ: tñ nõ hꝫ talē habitudinē neceſſa/
rio i generatõe cũ alijs v̾tutibꝫ ſic̃ hꝫ cuꝫ fi
de ſibi oñdẽte obiectũ diligẽdũ. Et h̃ ð du
bio iſto. ¶Tertio dubitať vtꝝ fides ſit pri De du
ma v̾tutũ: ꝙ nõ videť p̃mo. q: fortitudo ē bio tertiõ
ea p̃or. ğ ꝓbať añs. q: dic̃ glo. ſuꝑ illð Lu. Ar.1.
xij. Dico vobis amicꝭ meis ne terreami ⁊c̃. ꝙ
fortitudo ſit fidei fundamẽtũ. mõ funda/
mẽtũ eſt p̃us eo q̃ð ſuꝑ ipm fundať. ¶Se Argu.2.
cũdo. q: ſpes ē p̃or. igiť. ꝓbať añs ꝑ glo. ſuꝑ
illð pſal. xxxvj. Spera i deo ⁊ fac bonitatē.
ðr ꝙ ſpes ſit itroitꝰ fidei. mõ itroitꝰ eſt p̃or
eo ad q̃ð itroiť. ¶Tertio. q: charitas ē p̃or Argu.3
fide. igiť. ꝓbať añs ꝑ auctē Ambroſij p̃us
allegatã. q: ē mr̃ v̾tutũ ⁊ fidei. mr̃ aũt p̃or
eſt ꝓle. ¶Hoc etiã notũ ex eo ē. q: tãq̃ for/ 2
ma eſt fidei. mõ phus. vij. methaſi. vult ꝙ
forma ſit p̃or materia. Et. ij. phiſicoꝝ dicit
eã eſſe magꝭ naturã: ⁊ ꝑ ꝯſeq̄ns magꝭ p̃nci
piũ ē motꝰ actioniſue q̃ꝫ materia. ¶Quar/ Arg.4
to h̃ idē. q: ſic̃ eſt ordo actuũ: ita ē ordo ha
bituũ: ſꝫ actꝰ charitatꝭ actu fidei ē p̃or. ğ ⁊
habitꝰ. Maior nõ ē. q: habitꝰ cognoſcũť ꝑ
opa ⁊ actꝰ: ⁊ laudãť ꝓpť illa: vt hēť. j. ethi.
Mior ptꝫ. q: cũ nullꝰ poſſit credere niſi vo
lens. manifeſtũ videť ꝙ actꝰ volũtatꝭ quo
vult credere p̃or ſit q̃ꝫ actꝰ intellectꝰ ꝓcedẽs
a fide. mõ talis actꝰ eſt actꝰ charitatꝭ. igiť.
¶Sꝫ ꝓ pte affirmatiua dubij ē. q: fides ē Jn ꝯriũ
fundamentũ totiꝰ ſpũalis edificij. ğ eſt p̃/ Argu.1
ma virtutũ. tenet ꝯñtia. q: ſꝑ fundamẽtuꝫ
p̃us eſt his quę ſuꝑędificanť. Añcedẽs pa
tet ꝑ gloſam ſuꝑ illud p̃mę ad Chorin. iij
caplo. Fundamẽtũ aliud nemo poteſt po/
nere pręter id quod poſitũ eſt: quod ē chri
ſtus Jeſus. gloſa. id ē fides ieſu xp̄i. ¶Se Argu.2
cundo. quia apłs dicit ad Heb. xj. Fides

eſt ſuba rex̄ ſperandax̄ argumentū nō ap/
Nota.1 parentiū. ſuba aūt ꝑoꝛ eſt alijs. ¶ Pro iſto
dubio ꝑmo ꝑmitto. ꝙ cōparatio fit fidei in/
fuſe ⁊ nō acq̄ſite ad alias ꝟtutes. qꝛ certuꝫ
eſt ꝙ acq̄ſita fides ⁊ infoꝛmis pōt eſſe ꝑoꝛ
charitate. quia infidelis ex ꝯuerſatiōe cuꝫ
chꝛiſtianis vel inſtructiōe catholicox̄ pōt
Nota.2 hr̄e fidē infoꝛmē ⁊ nō charitatē. ¶ Secun/
do noto. ꝙ de cōi lege ſimul infundūt i his
in qbꝫ nulla eax̄ ꝑerat. puta oēs tres ꝟtu/
tes theologice. ſ. fides ſpes ⁊ charitas. ptꝫ.
infundunt in baptiſmo ſimul tpe. Cū em̄
dei pfecta ſint opa: vt habet Deut. xxxij. qn̄
infundit fidē pficientē intellectū: etiam in
fundit ſpem pficientē affectū iraſcibilem: ⁊
charitatē pficientē appetitū ꝯcupiſcibilem
Nota 3 ſm totā volitiuā boni. ¶ Tertio noto. ꝙ be
ne poſſunt ꝟtutes moꝛales infoꝛmes ꝑce/
dere fidē ⁊ alias ꝟtutes theologicas p ac/
cidens. ⁊ eſſe cauſa ſuſceptiōis eax̄: p acci/
dens tāq̄ꝫ remouēs ꝓhibens. qꝛ in ꝑmitiua
eccleſia multi terrebant in oppoſituꝫ fidei
timoꝛe moꝛtis. quibuſdā aūt foꝛtitudo re/
mouebat hūc timoꝛē: q̇ nihil curātes de pe/
riculo ⁊ doloꝛe ſecuturo coꝛpis: itrepide ac
ceſſerūt ad fidem ment;. Et hodie in ſecta
mahameti multi cōuerterent ad legeꝫ xp̄i
niſi timerēt penas ſue ſecte ſibi imminere.
nota.4. ¶ Quarto noto. ꝙ aliq̄s habit⁹ pōt dici ꝑ
oꝛ altero dupl'r. Uno modo via pfectiōis.
Alio mō via oꝛdinis ⁊ naturalis ꝓductio
nis. ꝟbi grā. diſpoſitiōe q̄lificatiua educē/
te foꝛmā: ſufficiēter introducta ſimul edu/
citur foꝛma. ⁊ ſimul tpe ſunt: foꝛme ſcꝫ edu
ctio ⁊ diſpoſitōis ſufficiētis. eo mō q̄ ſuffici
ens eſt introductio Et certū eſt ꝙ foꝛma ſb
ſtātialis q̄ educit: eſt ꝑoꝛ illa diſpoſitione:
via pfectiōis: cū diſpoſitio illa ſit pure acci
dentalis. ſꝫ ecōtra illa diſpoſitio q̄lificati/
ua cū educat foꝛmā: ꝑoꝛ eſt illa foꝛma via
Cōcl'o.1 natural' generatiōis. ¶ His ꝑmiſſis ſit pꝛi/
ma cōcluſio hec. ꝙ q̄ꝫuis i baptiſmo nulla
triū ꝟtutū theologicax̄ aliā tpe ꝑcedat. tn̄
in iuſtificatiōe p pniam ſepe acq̄ſita fides
infoꝛmis ꝑoꝛ charitate exiſtit tpe. Prima
ps patet p ſcōm notabile. qꝛ i baptiſmi re
ceptiōe ſine ſucceſſiōe ſimul infunduntur.
Patet ſcōa ps. qꝛ nō opoꝛtet ꝙ oīs q̄ pecca
to moꝛtali cadit: infidelis ſit. pōt em̄ mane
re fides etiā infuſa ablata charitate. Et h̄
eſt ſatis de mēte mgr̄i. diſ. xxiij. c. vlti. dicen
tis. ꝙ fides infoꝛmis q̄ ꝟtus nō eſt: ſpem ⁊
charitatē ꝑcedit. Et ꝑme ad Choꝛ. xiij. di

cit apl's. Et ſi habuero oēm fidē ita vt mō/
tes trāſferā: charitatē nō habeā: nihil ſum.
Ubi manifeſte innuit fidem poſſe ſtare ſine
charitate. ¶ Sꝫ dices. Utrū ſit eadē ꝟtus dubita/
q̄ ꝑus erat fides infoꝛmis: ⁊ poſtea facta ē tio
fides infoꝛmata charitate ¶ R. ꝙ mgr̄ mo Sol'o.
uet illā dubitatiōꝫ diſ. xxiij. c. vj. dicens ꝙ
vtraq̄ꝫ pōt dici ꝟt⁹. Et videt ꝙ ſit eadē. Et
ita dico cū mgr̄o ꝙ ſic. Et h̄ patꝫ. qꝛ ſic mo
rales ꝟtutes pn̄t eſſe ſine charitate. ita ⁊ fi/
des. ꝓut ad h̄ etiā ſonāt auctes iam facte.
¶ Et pōt ꝓbari rōne. qꝛ nō min⁹ pōt mane/ ꝓbatur.
re in hoībꝫ habit⁹ fidei p pctm̄ ſecluſa cha
ritate q̄ꝫ i demonibꝫ q̇ abſq̄ꝫ oī charitate ſūt
ſꝫ i demonibꝫ ē fides ⁊ timoꝛ ſuilis: iuxta il
lud Joh. ij. Demones credūt ⁊ ꝯtremiſcūt
ḡ ⁊c. ¶ Sꝫ dices. ꝙ h̄ vex̄ ē ꝙ manet: ſed tn̄ Obijcit
redeūte charitate fides infoꝛmis coꝛrūpit q̄runda
⁊ fides foꝛmata generat. Iſtud nō valꝫ. qꝛ vana o/
fides q̄ manet in pctōꝛe: cōit eſt habitus i pinio: et
cognoſcēdo rect⁹. ⁊ ḡ charitati i nullo ꝯri⁹. ſoluitur.
q̄re ḡ deberet coꝛrūpi ⁊ nou⁹ infundi: ¶ Se
cūda ꝯcl'o ē. ꝙ ſicut fides q̄ ſil' infundit ba Cōcl'o.2
ptiſato cū charitate: eſt ea ꝑoꝛ naturalit re
ſpectu act⁹ effectiue: ita etiā ē ea ꝑoꝛ natu/
ralit aliq̄ mō: via generatōis. ¶ Prima ps Pars.1.
ptꝫ. qꝛ charitas nō pt exire i actuꝫ diligēdi
meritoꝛiū: niſi fides exeat i actū credēdi. et
eſt act⁹ credēdi: cā coefficiēs act⁹ diligēdi. ḡ
natura ꝑoꝛ. ꝯn̄tia nō. qꝛ cā ē ꝑoꝛ cauſato. ⁊
an̄s p ꝑma pte patꝫ. qꝛ cū charitas exit in
actū dilectōis dei ſup oīa. h̄ eſt: qꝛ fides cre
dit deū trinū ⁊ vnū eſſe ſup oīa diligēdum.
⁊ vt talē ſuo actu repn̄tat eū volūtati. non
em̄ pōt volūtas amare niſi cognita: vt dic
bear⁹ Aug⁹. ¶ Scōa ps ptꝫ. qꝛ ſic actus ſe Pars.2
habet ad actū: ita habit⁹ ad habituꝫ. mo/
do act⁹ fidei ꝑoꝛ eſt actu charitat; natural'r
effectiue. igit etiā habit⁹. ptꝫ maioꝛ. qꝛ noſ
cognoſcim⁹ potētias p act⁹. eodē mō ⁊ ha/
bit⁹. ⁊ mioꝛ declarata ē in ꝑcedēte pte ꝯclio
nis. ¶ Scōo ſic. q̄ꝫuis de⁹ ſil' infunderet ali ꝓbat.2.
cui coꝛpi foꝛmā ignis ⁊ diſpoſitōes educti
uas. tn̄ rōnabilit diceret ꝙ via nature ꝑoꝛ
eſſet itroductio ꝯiugatiōis caliditat; ⁊ ſic/
citat; effectiue q̄ꝫ foꝛme ignis. ḡ eodē mō h̄
habit⁹ cognoſcitiu⁹ fidei habitu dilectiuo
charitat; ¶ Probatio ꝯn̄tie qꝛ ſic diſpoſitō ⁊
q̄lificatiua ſe hꝫ ad foꝛmā q̄ p eaꝫ nata eſt
educi: ſic via ad terminū: ita act⁹ itellectus
ad actū volūtatis elicitū: niſi ꝙ in natura/
libꝫ neceſſario ſequit finis vel foꝛma: que
educit. q̄ tn̄ in actibꝫ agētiū liberox̄ ꝓpt li/

bertatē volūtatis pōt ſeq̄ ⁊ etiā impediri vl
3 nō ſequi.¶Et ita etiā in habitibꝫ.ſicut em̄
actus ad actū:ita habit⁹ ad habitū:vt ꝓ/
oꝛ eſt ars medicinę: q̄ȝ habit⁹ electiu⁹ curę
ſm ipam:ꝓoꝛ itidē natura ⁊ habit⁹ prudē
tię q̄ȝ habit⁹ ꝟtutū moraliū q̄ ſupponunt
rectā rōnē.mō charitas eſt habit⁹ volūta/
tis:⁊ tā q̄ȝ termin⁹ fidei q̄ eſt habit⁹ intelle
ctus.¶Dat̄ em̄ fides vt obiectū beatificuȝ
cognoſcat̄.⁊ charitas vt cognitū diligatur
Añs ptȝ.qꝛ eſto ꝙ dn̄s ſil' formā ignis ⁊ cō
plexionē ei ꝯuenientē ſubiecto ītroduceret
ex h̄ tn̄ ordinē naturę nō tolleret:q̄ ē vt cō/
plexio eductiua effectiue ſit ꝓoꝛ q̄ȝ forma
educta.Et h̄ eſt ꝯforme ꝓus dict̄.quia di
ctū eſt ꝙ charitas attributiue hȝ ſe vt for/
ma reſpectu fidei.mō forma natura p̄ſup/
Cōclō.3 ponit materiā.¶Tertia ꝯclō.Sic̄ chari/
tas ꝓoꝛ eſt fide via ꝑfectiōis: ita etiā ꝓoꝛ ē
Pars.1. ea via finalis ordinatōis.¶Prima ps pa
ret ꝑ apl'm.j.ad Choꝛ.xiij.dicentē.ꝙ ꝟtu/
tū theologicaꝝ maioꝛ eſt charitas.Secū
do ex rōne.qꝛ charitas cum ſit forma fidei
ipam hȝ ꝑficere ⁊ ei⁹ op⁹ bonū reddere:vt
in p̄cedēti dubio fuit dictū.¶Scōa ps pa
2.pars ret.qꝛ ſic̄ volūtas vt volūtas ꝑfectioꝛ eſt ⁊
finalioꝛ q̄ȝ intellect⁹ vt intellect⁹: vt in q̄ſti
onibꝫ ſcōi dictū fuit.ita ſup̄m⁹ ſu⁹ act⁹ qui
eſt dei dilectio :ꝑfectioꝛ ⁊ finalioꝛ eſt q̄ȝ ſup̄
mus act⁹ intellect⁹ q̄ eſt dei cognitio.Et ſu/
us ſup̄m⁹ habit⁹ in via q̄ eſt charitas:ſup̄
mo habitu intellect⁹ q̄ eſt fides. Vn̄ ſic de
dit dn̄s fidē vt ſit mediuȝ ad charitatem.
Coꝛre. ¶Coꝛrelariū Sic̄ fides vno mō ꝓoꝛ ē cha
ritate.ſ.via naturę ⁊ naturalis generatōis
ita etiā charitas ꝓoꝛ eſt ea:via ꝑfectiōis et
finalis ordinatōis.Prima ps ſeq̄t̄ ex con
cluſiōe ſcōa.⁊ ſcōa ex tertia.Vn̄ in talibꝫ ē
imaginādū ſic̄ de efficiēte inſtrumētali et fi/
ne quā facit.In q̄bꝫ efficiēs eſt ꝓus via ge
neratiōis:eo ꝙ cōproducit finē.Et finis ꝓ
oꝛ via ꝑfectiōis ⁊ finalis ordinatōis.qꝛ eſt
termin⁹ ꝓpt̄ quē agit efficiēs tā q̄ȝ perfectio
quā querit.licet em̄ fides nō ꝓducat chari
tatē:ſaltē ꝓmā q̄ infundit̄:tn̄ ſuo actu p̄ce/
dit actū dilectiōis quo charitas inrēditur
cōclō 4 vt poſt dicet̄. ¶Quarta ꝯclō.Simplicit̄
dicendū eſt ꝙ īter habit⁹ theologicos cha
ritas eſt ꝓma ꝟtus.ptȝ.qꝛ eſt ꝑfectioꝛ.mo
do ſine addito rōnabilit̄ dꝛ ꝙ h̄ ꝓmū ē: qđ
ꝑfecti⁹ eſt.Scđo.qꝛ eſt finalioꝛ. mō tale ꝓ
Cōclo.5 us eſt in intētiōe.¶Ad dubiū in forma ſic̄
ꝓponit̄ ponit̄ q̄nta ꝯclō ꝙ nō opoꝛtet fidē
eſſe ꝓmā ꝟtutū: capiēdo ꝟtutē cōit ꝑ ꝓ omi
habitu laudabili.patȝ.qꝛ bn̄ ſtat ꝙ virtu
tes morales p̄cedāt fidē: ſicut in ph̄is gen/
tilibꝫ fuerūt an̄ eoꝝ ꝯuerſionē ¶Sexta cō Cōclō6
cluſio.capiēdo ꝟtutē ſtricte ꝓut dꝛ habit⁹
laudabil' informatus charitate:ſic vt actu
ſuo q̄s agēdo mereat̄ vitā ęternā. ſic fides
eſt ꝓma ꝟtutū: via natural' generationis ⁊
effectiue directiōis. q̄uis charitas ſit pri/
ma ꝟtutū reſpectu vię ꝑfectōis ⁊ finalis oꝛ
dinationis.ptȝ.qꝛ cū om̄s alię p̄ſupponāt
charitatē q̄ eſt eis ſic forma agēdi:fides p̄/
cedit alias ſic̄ p̄cedit charitatem. modo fi
des ill' modis p̄cedit charitatē ꝑ ꝯcluſiōȝ
ſcōam.via em̄ generatiōis eſt ꝓoꝛ habitus
oñdēs obiectū vt beatificū q̄ȝ dilectiōis.qꝛ
eſt ꝓmū dirigēs in ipm. Scōa ps patȝ ex obiectio
ꝯcluſiōe quarta.¶Foꝛte dicet̄. Quō fides
erit via directōis ꝓoꝛ moralibꝫ:q̄ eā ꝑ con Solō
cluſionē q̄ntā pn̄t p̄cedere ī ſubiecto.¶Rn̄
detur.ꝙ licet nō ſit eis ꝓoꝛ ꝓut agāt ciuilit̄
vel ꝓut ſunt informes.qꝛ ſic dirigūt̄ a pru
dentia hūana:tn̄ vt agāt bn̄ ſimpliciter.ſ.
meritoꝛie:ſic ſupponunt charitatē:⁊ chari
tas fidē dirigentē in obiectū beatificū. ⁊ ex
ꝯn̄ti etiā ipę.¶Ad rōnes factas ī mouen/ Ad1
do dubiū.¶Ad ꝓmam. ꝙ foꝛtitudo infoꝛ
mis pōt eſſe ꝓoꝛ fide:ſic̄ q̄libet alia ꝟt⁹ mo
ralis.p̄ſertim tn̄ inter fideles mag̃ foꝛtitu/
do:q̄ dat ꝯſtantiā ꝯfeſſiōis ꝟitatis: et do/ 2
loꝛes coꝛꝑis viriliꝫ ſuſtinēdi¶Vn̄ h̄ dictū
eſt in q̄nta ꝯcluſiōe.ꝙ ꝑ accidēs alię virtu
tes informes pn̄t eſſe ꝓoꝛes fide. Nec h̄ ē
ꝯtra intētionē doctoꝝ:ſȝ ꝓut in vita erigit̄
ędificiū ſp̄ūale:ꝑtingēs ad vitā ęternā. ſic
fides eſt ꝓoꝛ charitate:vno mō .vt videli/
cet dic̄ ꝯclō ſexta.⁊ mediāte illa eſt ꝓoꝛ oi/ Ad2
bus ꝟtutibꝫ moralibꝫ in q̄ȝtū charitate in/
formant̄.¶Ad ſecundā.negetur an̄cedēs.
Cū em̄ ſpes ſit habit⁹ voluntatis:neceſſa/
rio p̄ſupponit oſtenſionē boni ardui đ quo 2
eſt.¶Secundo.quia ſpes de conſequēda
ęterna beatitudine: neceſſario p̄ſupponit
eius creditā poſſibilitatē.qꝛ qđ impoſſibi/
le putat̄:nō ſperatur. Et iō ordine natural'
generatiōis nō introducit in fidē:ſȝ magis
fides in ſpem . Sȝ bn̄ ꝯfert ſpes ad hoc ꝙ
hō habitę fidei firmit̄ ihereat.Et ſic ex ſpe Ad.3
inducit̄ q̄s in hoc ꝙ in fide ꝑſeueret. ⁊ hoc
vult gloſa quę allegat̄.¶Ad tertiā ꝙ chari
tas eſt mater ⁊ ꝓoꝛ via ꝑfectiōis: vel etiaȝ
prioꝛ q̄ȝ actus fidei in eſſe meritoꝛiȷ̄.qꝛ ex
charitate fit ei⁹ act⁹ meritoꝛi⁹: vt dictū eſt.

Ad. 4 ¶Ad quartā de actu charitatis ⁊ fidei di/
cendū eſt. Primo ꝙ neceſſario actū volun
tatis p̄cedit actꝰ intellectꝰ. Si em̄ volūtaſ
p̄cipiat credere. h̄ eſt: q2 intellectꝰ ſibi repn̄
tat ꝙ bonū eſt credere. Si diligat deū. hoc
eſt q2 fides repn̄tat deū volūtati vt ſibi bo/
2 nū. ¶Scd̄o ex hoc ꝙ ordine origis natu/
ralis: ṗor eſt aſſenſus ex fide ꝗ ordo dile/
ctiōis ex charitate ¶Tertio. ꝙ ſepe qs aſſen
3 tit articulis ⁊ nō ex charitate. ſicut pꝫ in fi
delibꝫ q̇ charitatē ꝑ peccatum amiſerūt.
4 ¶Quarto ꝙ actꝰ charitatꝭ eſt ṗor ꝗ fidei ī
eſſe meritoriȷ̇. q2 aſſenſus fidei nō meretur
vitā ęternā niſi ex dilectiōe charitatis fiat
Ad for. ¶Per h̄ ad formā: negeť ꝙ via generatōis
actꝰ charitatꝭ ſit ṗor: ꝗuis ſit ṗor in eē me/
ritoriȷ̇. Ad ꝓbatōem cū dr̄. ꝙ nullꝰ pōt cre/
dere niſi volēs. Rn̄deť ꝙ ꝑ hoc intelligiť ꝙ
nullꝰ pōt cogi ad credēdū: ſ3 tn̄ fides infu/
ſa nō minꝰ: imo ṗus natura ordīe genera
tiōis inclinat ad credendū ꝗ charitas ad
diligēdū. ꝗuis actꝰ dilectōis forraſſis ṗor
ſit ꝗ actꝰ credēdi ī eſſe meritoriȷ̇. Quia em̄
fide crediť aliq̇d eſſe bonū. id̄o diligiť vt bo
nū. Nec oportet ꝙ qn̄cūq3 itellectꝰ aſſentit
articulꝭ ꝙ h̄ faciat q2 volūtas dictauit hoc
eſſe bonū. quēadmodū em̄ lumīe naturali
aſſentiť ṗncipiȷ̇s practicꝭ agibilium. ita lu
mine fidei aſſentiť ṗncipiȷ̇s ſuꝑnaturalibꝫ
ꝗuis nō p̄cedat ſuꝑ h̄ ſepe electio volūta/
De du/ tis. ¶Quarto dubitať ⁊ vltimo. Utru3 fi/
bio q̄rto des ſit certior ꝗ ſcia: Diciť ṗmo. ꝙ ſi ſcia
Di.1. ſumať ꝑ clara viſiōe: notū eſt ꝙ ſcia eſt cer/
tior fide. pꝫ q2 illa ē clara: fides ē enigma
tica. vn̄ ſicut glīa grām: ⁊ patria viā. ſic hęc
ſcia fidē certitudine p̄cedit. recte ſic in ſenſi
bus p̄cedit cognitio rei ꝑ viſum: cognitiō3
Di.2 de ea ꝑ auditū. ¶Scd̄o. loq̄ndo de ſcia vię
habita ꝑ demōſtratō3: fides ē certior circa
obiectū īcōplexū de q̇ eſt: ꝗ ſcia q̄ habeť de
eadē in lumīe naturali. pꝫ. q2 fides ꝑfecti
us illud ⁊ certiꝰ fac̄ notū. nā cū obiectū eiꝰ
ſit deꝰ: nulla ſcia q̄ de eo pōt ꝑ hoiem hr̄i ex
lumīe naturali: reddit eū ſic extēſe ⁊ ita cla
re ⁊ nude notū: ſic̄ facit fides vniꝰ ſimplicꝭ
hois fidelꝭ. Demōſtrauit em̄ phs. xȷ̇. meta
phiſicę admodū paucas ꝓpoſitōes. q̇buſ
mlt̄o plꝭes ſcit fidelꝭ: etiā ſimplex. ⁊ q̄ ꝑfectiꝰ
exṗmūt diuinā eſſentiā. videlic3 ꝙ ē trinꝰ ⁊
Cōcl̄io 3 vnꝰ. ad quod nūꝗ aſcēdit lumē naturale.
¶Tertia ꝓpō. ꝙ fidelꝭ firmiꝰ adhęr3 articl̄o
cōplexo credito ꝗ demonſtratę ꝯcl̄iōi ſcitę.
plꝰ em̄ credit deo ꝗ ſibi. mō articl̄o adhęr3
vt reuelato ꝑ deū. Cōcluſiōi ſcitę vt demon
ſtratę ꝑ hoiem lumīe hūano. poſſibiliꝰ eſt
aūt defectꝰ ꝯtingere ī his q̄ ſunt lumīs hu/
mani ꝗ in his q̄ manifeſtāť vi lumis diui
ni. ¶Forte dices. ꝙ talꝭ firmitas adhęſiōis argu.ꝯ
ſepe eſt mala. ḡ nō ꝑtinet ad fidē. ꝯn̄tia te/
net. q2 nullū malū ē fidei aſcribendū. an̄s
pꝫ. q2 hęretici firmiſſime adhęrēt ſepe ſuis
erroribꝫ. imo moriunť ꝑ eis. ⁊ ḡ talꝭ firmitu
do nociua ē. Ideoq3 phs duros ī ſuis opi
nionibꝫ rephēdit ī. vȷ̇. ethi. ¶Rn̄deť ꝙ fir/ Solo.
mitas adhęſionis articulꝭ fidei: ſꝑ bona eſt
q2 ē ex eo ꝙ crediť deū fallere nō poſſe. veꝝ ē
ꝙ qn̄q3 aliq̇ firmiť inhęrēt ſuis ꝓpriȷ̇s opi
nionibꝫ vlꝭ hęreſibꝫ. ⁊ iſta ē ꝑtinacia ¶Nec
mereť dici ꝯſtātia q̄ in bonu3 ſonat. q2 iſta 1
ꝑtinacia ē mala. Nā hęc firmitas inhęſio
nis nō fundať in xp̄o petra: ſ3 vel in ꝓpria
phantaſia vel in ſeductione diabolica vel
in cōfęderatione cū aliqua ſecta dānata. ⁊
ideo mala eſt. ¶Secꝰ eſt de firmitate in de/ 2
terminatꝭ ꝑ eccl̄iam ⁊ reuelatꝭ ꝑ ſpm̄ſanctū
Ad phm in. vȷ̇. ethic̄. dr̄. ꝙ rephēdit perti/
naces ī ſua ꝓpria ꝯſideratiōe: ſ3 nō rephē/
dit ꝯſtantiā in v̾tute. ¶Quarta ꝓpoſitio. ꝯcl̄io. 4
ꝙ loq̄ndo de certitudine ſpeculatōis ſic mlꝭ
tę hūanę ſcię certiores ſunt fide. q2 ſic certi/
us dr̄: q̇d ab intellectu ſ̄m ſuū exiſtere cla/
rius ꝑſpiciť: ⁊ ī cognoſcēdo pleniꝰ attingiť.
mō h̄ ꝯuenit ſcię ꝓprię dictę: eo ꝙ illa eſt d̾
his in q̄ intellectꝰ pōt viſui lumīs natura/
lis ſine iuuamine luminis ſuꝑioris. ideo
cognita ab intellectu quo ad modū eſſen/
di ſuū pleniꝰ attinguņť: ⁊ clariꝰ inſpiciunť
ꝗ ea de quibꝫ eſt fides: quę lumen natura
le intellectus excedūt: nec intellectꝰ ea cre/ Cōcl̄o. 5
dit: niſi lumine infuſo ⁊ ſuꝑiori. ¶Quinto
dr̄. ꝙ ſimpliciť loquēdo fides debet dici cer
tior ꝗ habitus ꝑ hūanā induſtriā acq̇ſiti.
pꝫ. q2 nobiliori īnitiť veritati. ſc3 diuinę
Aliȷ̇ aūt habitꝰ mediȷ̇s humanitꝰ iuētis ī
nitunť. mō ſimplr̄ infallibilior eſt v̾itas ṗ/ cōcl̄io. 6
ma ꝗ oīs hūana doctrina. ¶Sexto ex di/
ctis dr̄. ꝙ ꝓ ſtatu puri viatoris habitus fi
dei inter om̄es habitꝰ intellectuales eā nō
1 includētes eſt digniſſimꝰ. ¶Patet primo
ex obiecto. quia immediatiꝰ ⁊ directius de
2 deo: vt poſt diceť. ¶Scd̄o ex mō. q2 eſt cer/
3 tior. ¶Tertio ex mirabilitate. q2 mirabilio
rū eſt. imo ⁊ ad cogitandū ſuauiu3. Quid
em̄ dulciꝰ intellectui ꝗ ꝯſiderare in v̾itati/
bus q̄s credit: ſc3 dei ſupremā ſimplicitatē
⁊ tamen in eo trinitatem: ⁊ appropriatorū

dignitatē q̄ʒ hoīs liberalē creationē. q̄ʒ ho/
minis lapſi paternalē reformatiōʒ. Hec ei
credita ⁊ cogitata fideli mēte: fidem in deo
flām̄a ardoris incēdunt: ⁊ ad om̄e bonū fa
4 ciunt expeditā. ¶ Quarto. ex fidei ſimplici
tate: q2 vt dictū eſt ī dubio eſt vn⁹ ſimplex
habit⁹ oīm credēdoꝝ. Nō eſt aūt ſic vnuſ
habit⁹ geometrie vl' phiſice reſpectu pluri/
Argu.1. um ꝯcluſionū. ¶ Forte dicet̄ ꝯ ꝯcluſionem
q̄rtā. q2 videt̄ ꝙ fides ſit etiā certior: via ſpe
culatiōis q̄ʒ ſciē. tū q2 ph̄s dic. ꝙ ꝟt⁹ oī ar/
2 te certior eſt. ¶ Scd̄o. q2 dicit Aug⁹. ꝙ ni/
3 hil eſt certi⁹ hoī ſua fide. ¶ Tertio. q2 in fi/
de min⁹ q̄ʒ in ſciētijs phicis ꝯtingit errare.
null⁹ em̄ error ī fide repit̄ ⁊ plures in ꝓhia.
4 ¶ Quarto. q2 habit⁹ eſt tāto certior q̄ʒto cer
tiori fundamēto innit̄⁹. mō fundamētuʒ fi/
Cōfir. dei cū ſit de⁹ eſt certiſſimū. ¶ Qđ ꝯfirmatur
q2 ꝓporcionabilit̄ videt̄ habit⁹ eſſe certior:
etiā via ſpeculatōis: q̄ʒto ſuū mediū eſt cer
tius. mō mediū ꝑ qđ habet̄ fides eſt veri/
Cōfir. 2 tas increata. ¶ Scd̄o. q2 mediū fidei ē eui
dentiſſimū. q2 eſt cā oīm cauſaꝝ q̄ etiā eſt
manifeſtiſſimū in natura: vt habet̄. ij. me/
Ad 1 taphyſicę. ¶ Rn̄det̄ ad p̄mā. ꝙ ph̄s ibi cō/
parat certitudinē agēdi a ꝟtutibꝫ ⁊ ab arti
bus. q2 em̄ ꝟtutes generāt̄ ex opibꝫ. iō ſiml'
habēt cū expiētia. ⁊ iō citi⁹ inuenit̄ debitum
mediū agēdi ſm ꝟtutē q̄ʒ ī arte mediū agē
di ſm artē. eo ꝙ ars nō neceſſario p̄ſuppōit
expientiā. vt pꝫ ī ꝓlogo metaphiſicę. mo/
do fides nō eſt talis ꝟt⁹ habita cū expien/
tia. Vl' intelligit ꝙ ē certior: q2 durabilior.
q2 ſcꝫ circa ꝟtutes nō ꝯtingit obliuio: ꝓpt̄
ꝯtinue viuere in ipis. qđ bn̄ ꝯtingit ī arte.
Sciētię tn̄ certiſſimę ſunt mō ſpeculatiōis
Ad 2 circa ſuas ꝯcluſiōes. ¶ Ad ſcđam. ꝙ Aug.
vult ꝙ nihil ē alicui certi⁹ q̄ʒ ſua fides quo
ad ei⁹ eſſentiā in ſe: ⁊ ei⁹ actū. q2 ī ſe experit̄
vtrū credat vel nō credat. Ex h̄ tn̄ nō ſequi
Ad 3 tur ꝙ certi⁹ aſſentim⁹ credit̄ q̄ʒ ſcitis. ¶ Ad
tertiā. ꝙ etiā in ſcīa ſic in fide nō ꝯtingit er/
ror. Error em̄ q̄ in ph̄ia eſt: nō eſt ꝑs ſciētię
Sic etiā ſi q̄s ex p̄ncipijs fidei inferret ali
quā ꝯclōʒ falſam credēs ꝯn̄tiā eſſe bonā q̄
nō valeret ⁊ aſſentiret erroneę ꝯcluſiōi. hic
error nō eēt ex fide ſꝫ ex ītellectu deficiente.
Silr̄ ē in errore ſciē. veꝝ ē tn̄ ꝙ traditores
ſciaꝝ ſępe falſas ꝯclōes ꝓbare nitūt̄ ex de/
fectu ⁊ ipfectōe lumīs naturalis. Et q̄ʒuis
nulla tal' falſa ſit ī fide: nihilomin⁹ ſciētę cō
cluſiōes ⁊ res ītimi⁹ ꝑſpiciūt̄ ab ītellectu in
Ad.4 ſciētijs q̄ʒ ī fide. ¶ Ad q̄rtā. ꝙ bn̄ arguit de

certitudīe adheſiōis. ſꝫ nō eſt maior ꝟa de
certitudīe ſpeculatōis: q2 veriſſimū funda
mētū p̄t tradere vl' inferre aliquā ꝯclōem
modo enigmatico ⁊ obſcuro ⁊ ſic ē in fide.
¶ Ad ꝯfirmatōʒ ꝙ qn̄ mediū ē intrinſecū ⁊ Ad ꝯfir.
certitudīe ſpeculatōiſ certi⁹ cognitū: tūc ma
ior ē ꝟa. ſꝫ mediū cui innitit̄ fides: ē extrinſe
cū. ſ. dei auctas ⁊ ecclīę q̄bꝫ credit̄: nec ſūt cer
tiſſime nō: certitudīe ſpeculatōis ſꝫ adheſi
onis. ¶ Ad tertiā ꝯfirmatōʒ. ꝙ licꝫ mediū Ad aliā
fidei ſit ī ſe euidētiſſimū. ſ. p̄ma ꝟitas. tn̄ n̄
euidētiſſime notificat ītellectui viatorꝫ cō/
cluſiōes credēdas: ſaltē via ſpeculatōnis.
¶ Scd̄o iſtat̄ ꝯ q̄ntā ꝯclōʒ. q2 videt̄ ꝙ ſcīa ꝯ q̄ntaꝫ
ſit certior auctē venerabil' Hug. de ſan. vic. ꝯclonē.
dicētꝫ. ꝙ fides ē certitudo q̄dā aī de rebꝫ ab
ſentibꝫ ſupra opionē ⁊ īfra ſciaꝫ. ģ ſcīa ē cer
tior. ¶ Scd̄o ſic. fides hꝫ magꝫ de dubitati Arg. 2.
one q̄ʒ ſcīa. ģ ſcīa ē certior ea. ꝯn̄tia tenet. q2
in ꝯrijs illđ ē magꝫ tl'e: qđ min⁹ hꝫ de ꝯrio.
an̄s pꝫ. q2 ſcīa oēm dubitatōʒ excludit. Fi/
des āt ſępe circa credēda dubijs inoluitur.
¶ Tertio q2 viſio ē certior auditu. mō ſcīa ē Argu.3.
de viſis ſaltē q̄ ad ītellectū. Fides ex audi/
tu. Ro. x. igit̄. maior pꝫ ī ꝓlogo metaphiſi
cę. q2 ex h̄ magꝫ diligit̄ viſus. ⁊ mīor pꝫ. q2
p̄ncipia ſciaꝝ lumīe ītellectuali vidēt ⁊ me
diātibꝫ eis ꝯclōes. ¶ Quarto. q2 ſcīa robo argu.4.
rat fidē. ģ ē ea certior. ꝯn̄tia nō ē. q2 qđ aliđ
ꝯfirmat ī eē: notū ē ꝙ ſit eo firmi⁹ ⁊ certi⁹. et
an̄s ē bti Aug. xiiij. de tri. dicētꝫ. ꝙ huic ſcię
tribuēdū ē illđ q̄ fides ſaluberrima gignit̄:
defendit̄ ⁊ roborat̄. ¶ R. ad p̄mam: puta ad Ad 1
auctē Hug. dicētꝫ. ꝙ fides ē infra ſciaꝫ. pōt
dici ꝙ loq̄t̄ de fide acq̄ſita ⁊ nō de infuſa: q̄
ſup opionē đr. eo ꝙ q̄s pl⁹ credit expertꝫ ali
q̄d aſſerētibꝫ q̄ʒ rōnibꝫ dialecticꝫ opinionē
generātibꝫ. ¶ Et đr infra ſciam. eo ꝙ q̄ʒuis 2
credulitate auctīs aſſentiat: tn̄ q2 mediuꝫ
nō videt: ꝯcludēs h̄ qđ credit nō ſpeculati
ue tātū aſſentit ſic ꝯclōi ſcitę. ¶ Vl' ſi de fi/ 3
de infuſa ītelligit̄ dictū Hugōis: tūc expō
nit̄ q̄ ad actū aſſentiēdi articul' ī q̄ q2 firmi
ter credit reuelāti ſuꝑ opionē eſt. Sꝫ quia
min⁹ attingit ad rē ſpeculatiōe infra ſciētiā
đr eſſe. ¶ Ad ſcđam. neget̄ an̄s. Ad ꝓbati/ Ad 2.
onē đr. ꝙ ſicut fides dubijs inuoluit̄ de re. ſ.
ſuo obiecto. q2 mīme ipm attingit: ita etiā
ſcīa circa rē ſignatā multa dubia relinquit
indiſcuſſa. Et ſicut nullo mō dubitat ſciēs
de ꝯcluſione: demōſtratiōe ꝓhibēte. ſic fi/
des circa articulū poſtq̄ʒ ꝯſtat de reuelatio/
ne: dubitare non permittit ex reuelantis

infallibilitate. immo firmiꝰ reuelanti inhe
ret: q̄ꝫ omni apparentie naturali: ſciens ci/
Ad.3 tius naturalia poſſe falli q̄ꝫ deū. ¶ Ad ter
tiā ꝙ vbi auctoritas reuelantis eſt infalli
bilis: ſicut eſt dei: a quo eſt fides. plus au
ditui interiori creditᷣ q̄ꝫ viſui. poſſet em̄ ali/
quis decipi circa viſum male vidēdo. nul
lo mō circa auditū: reuelatis aſſentiendo
qꝛ deꝰ fallere nō poteſt: ſic̄ nec falli. ¶ Ad
Ad.4. quartā. ꝙ ſcia ꝓprie nec roborat: nec gene/
rat: nec defendit fidem infuſam: q̄ a ſolo
deo infunditᷣ. ſed potiꝰ oīs ſcia theologica
illā p̄ſupponit. ¶ Ad btm̄ augꝰ. xiiij. de tri
2 nitate. cap̄. xiiij. dꝛ. ꝙ velit. ꝙ ſacra theolo/
gia gignit fidem: pro actu aſſentiendi arti
culis: vel hitu ꝯſequente. ¶ Item declarat
articulos ſimplicibꝫ ⁊ manuducit ad aſſen
ſum eorū. oſtendēdo quō ex dictis ſancto/
rū poſſunt haberi. ¶ Defendit etiā articu/
3 los verſutijs hereticorū reſiſtēdo: ⁊ rōnibꝫ
infideliū reſpondendo. Sꝫ hec ſcia fideꝫ
infuſam in mente ſic fidem declarantiū in/
ducentis ⁊ defendentis preſupponit: ſup
quā oīa q̄ dicit: vt fundamento innixa ſūt
Hoc de tercia pte ⁊ ex ꝯſeq̄nti de toto
primo articulo.

# Quantū ad ſecun

dū articulū videndū eſt de ſecundo appo
ſito videlꝫ. Utrū fidei poſſit ſubeſſe falſuꝫ
¶ Ubi etiam de tribꝫ eſt vidēdum. primo
em̄ videbitᷣ q̄d ſit fidei obiectū. qꝛ hoc in
articulo eſt preſuppoſitū. Scđo. an illud
obiectū poſſit eſſe falſum. ⁊ ſic fidei poſſit
ſubeſſe falſum: Et tercio de articulis fidei
Nō.1. quo ad eoꝝ numeꝝ. ¶ Quantū ad primū
eſt aduertendū. ꝙ cū fides ſit habitꝰ aſſen
ſiuus veritatiū. ſicut etiā aliȷ̄ habitus intel/
lectuales. recte ſicut triplex eſt ſcibile. ſ. con
cluſio demonſtrata. ſubiectū eiꝰ ⁊ res ſigni
ficata ꝑ ſubiectū. quorū primū vocatᷣ ſcibi
2 le ꝓpinquū. ſcđm remotū ⁊ terciū remotiſ/
ſimū. Ita etiā obiectū fidei pōt dici vno
mō ꝓpō: cui ꝑ fidem infuſam aſſentimus.
Scđo mō pōt dici terminꝰ i illa ꝯcluſiōe
poſitus. Et tercio mō pōt dici res ſignifi/
cata ꝑ terminū. Nā fides infuſa fidelem
inclinat: vt aſſentiat ꝓpōnibꝫ credendis
vt huic. deus eſt trinꝰ ⁊ vnus. Scđo vt no
ticiam recipiat etiā credendi facile. de ter/
minis in tali ꝓpoſitiōe poſitis. Et tercio:
vt etiā ſit aſſenſus ille: reſpectu rei ſignifi/
cate ꝑ ꝓpoſitiōes ⁊ terminos. ¶ Scđo eſt Nō.2.
notandū. ꝙ de obiecto fidei poſſumꝰ loq̄
dupliciter. quōcunq̄ꝫ dictorū triū modoꝝ
accipiatur. qꝛ vel loquimur de eo vt prin/
cipali. vl' vt ſecūdario: ꝑ aliquā attributiō
nē ad primū. Et eſt ſilr̄ in ſcientijs aliquo
mō. nam cū ſcia primo mō ⁊ principaliter
de ſuo ſubiecto attributiōis ꝯſiderat. Se
cundo mō tñ ⁊ minus principalr̄ etiaꝫ de
his que attributionē habēt aliquo modo
ad ſua ſubiecta. vt geometria q̄ eſt de ma/
gnitudine: etiā eſt de puncto ⁊ alijs hmōi
¶ Tercio eſt notandū. ꝙ (vt mihi videtur) No.3.
cōtrario mō eſt de fide infuſa: ⁊ de ſcia ac/
quiſita. Nā ſicut ſcia imediate reſpicit cō/
cluſionē. Et ſcđario eiꝰ terminos. Et tertio
res ſignificatas. ꝓpter quas tñ ꝑ̇ncipalitᷣ
volumus ſcire Sic fides ecōtrario primo 2
reſpicit rem incōplexe veram. Scđo termi
nos ipam exprimentes. ⁊ tertio ꝓpōnes ex
illis terminis compoſitas. ¶ Et ꝙ hoc ſit 3
ita: apparet. qꝛ habitꝰ cōformantᷣ ſuis cau
ſis: a q̄bus ⁊ ſm̄ quas fiunt. mō ſicut ſcia
acq̄ſita immediate habetᷣ a medio demon
ſtratiuo: reſpectu cōcluſiōis cuiꝰ illud me/
diū eſt ꝓpriū: ⁊ iō ad eam imediate termi
natᷣ. ita econtrario fides infuſa immedia/
te ⁊ ſine medio eſt a veritate ꝑ̇ma. Et ideo
ad illā imediatiꝰ terminatᷣ: ſicut ab ea im/
mediatiꝰ eſt. ꝯñter aūt eſt de alijs. que at/
tributionē habent ad hanc veritatē ꝑ̇mā
¶ Et huic concordat q̄đ in primo articulo 5
dictū eſt. puta ꝙ in vno fideli eſt tm̄ vnus
habitꝰ fidei infuſus: reſpectu oīm creden/
dorū. qꝛ vnius obiecti increati. habitꝰ aūt
ſcientiaꝝ diuerſificantᷣ numero: iuxta di/
uerſitatē cōcluſionū demonſtratiue ſcitaꝝ
Unde rōnabiliter: ſicut ſcia vna: vnitate
attributionis eſt vna: nō a ꝓpōne: ſed ab
vno ſubiecto attributōis primo. ita fides
que vna pluriū eſt ꝓpōnū: vna dꝛ. ab vni
tate obiecti incōplexi: de quo immediate
eſt. ¶ His notatiū. eſt ꝑ̇ma cōcluſio. ꝙ ſicut Cōclſio.1
ipſius habitꝰ fidei plura ſunt obiecta ſub
ordinata. qꝛ res: ſignū ⁊ ꝓpō. ita etiam plu
ra ſunt obiecta ſignata: ſm̄ priꝰ ⁊ poſteriꝰ
differentia. ad que eſt fidei extenſio. ¶ Pri ꝑ̇ma ps
ma ps patet. qꝛ fidelis ſicut dicitᷣ fidē ha/
bere in deū. ita habet de terminis deū ſi/
gnificantibus fidē ſeu noticiā: inquantuꝫ
dei ſunt ſigna. ¶ Itē ſic habet de ꝓpoſitio
nibus fidē: deū vt eſt obiectū fidei expri/
mentibꝫ: ſicut notū eſt. ¶ Scđa ps etiam Scđa

QQ

patet.qꝛ ſicut fides eſt in deū: ita et fides
eſt ꝑſſe catholicā eccliam. Item ſicut credi
tur deus eſſe: ita fili⁹ incarnat⁹ eſſe. ⁊ plu-
ra hmōi. Item remiſſionē peccatoꝝ eſſe.
2 ¶ Scđo etiam ptꝫ.qꝛ nō credim⁹ tm̄ vnā
rem ſed multas: iuxta multitudinē articu
Correl.1 loꝝ fidei. ¶ Correlarie: videnť mihi ſequi
he ꝓpōnes. ¶ Prima: aliqđ eſt obiectū fi-
dei neceſſario verū incōplexe aliqđ qđ ne
quit eſſe falſum vel verū compoſitione. Et
1 aliqđ cōplexe neceſſariū ⁊ verū. Et aliqđ
complexe verū: ſed ꝯtingenť. ¶ Prima ꝑs
ptꝫ: de veritate prima. q̄ eſt obiectū fidei:
vt dictū eſt in tertio notabili. ¶ Patꝫ ſcđa
4 de termino: ex quo fit cōcluſio. cui fides aſ
ſentit. ¶ Ptꝫ tertia de iſta. deus eſt trin⁹ et
vnus. ¶ Ptꝫ quarta ꝑs de iſta: dies iudi-
cij erit. Eſt eīm verū ſed cōtingenť. Hec no
Cōclo.2 ta ſunt. ¶ Scđa ꝯclo eſt. Inter hec omnia
fidei obiecta: veritas prima eſt ꝑmū ⁊ ꝑn-
cipale obiectū fidei infuſe. ptꝫ auctoritate
bti dyoniſij. ca. vij. de di. no. dicentis. ꝙ fi
pbať des diuina eſt circa ſimplicē ⁊ ſemp exiſtē-
rōne tem veritatē. nulla aūt talis eſt niſi veritas
prima. ¶ Et ꝓbať rōne. qꝛ cum aliqs habi
tus eſt pluriū: illud debet dici ei⁹ primū ⁊
principale obiectū: ad qđ oīa alia redu-
cunť. ſed fidei ſunt plura obiecta ordine q̄
dam. q̄ oia ad veritatē primā reducuntur
1 ǧ cōclo vera. ꝯñtia nota eſt. Et maior ſilr.
Sꝫ minor quo ad ꝑmā ptem ꝙ fidei ſunt
diuerſa obiecta ptꝫ ꝑ cōclonē ꝑcedentem.
2 Et quo ad ſcđam ptem ptꝫ. qꝛ cum fides
ſit de ꝓpōnibꝫ: terminis ⁊ rebus. ꝓpoſitio-
nū eſt: inquantū veritatē rerū exprimunt.
Et terminoꝝ: inquantū ꝓ veritate rerum
ſuppōnūt: ⁊ eā ſignificant. Sꝫ ipi⁹ rei eſt
tanq̄ primi ⁊ immediati obiecti. vt dictū
3 eſt in tertio notabili. ¶ Eodem mō lꝫ ſint
multe res ſignificate: de qbꝫ eſt fides. tñ in
ter eas ſoli veritati ꝑme credim⁹ ꝓpter ſe.
alia aūt credim⁹: tanq̄ expreſſa ꝑ veritatē
ꝑmā eſſe: fore vel fuiſſe. ⁊ propter primam
Correľ. ¶ Correlariū. fidei primū ⁊ principale ob-
iectū eſt neceſſariū ſimpliciter: omnino im
mutabile ⁊ inuariabile. ptꝫ ex cōcluſione.
Cōclo.3 qꝛ tale quid eſt veritas prima. ¶ Tertia cō
cluſio. Aliqua ſunt ſecundaria fidei obie-
cta: que poſſunt eſſe falſa. ⁊ res ſignificate
per ea nunq̄ fore. q̄uis hec veritas coram
Pars 1. ſimplicibus non ſit exprimenda. ¶ Patet
prima pars: ex vltima parte concluſionis
prime. qꝛ aliqua ſunt obiecta fidei: q̄ ſunt
cōtingentia. vt hec. dies iudicij generalis
erit. mali ibunt ad penā eternā. mō mani
feſtū eſt ꝙ contingens pōt eſſe falſum: ⁊ ꝑ
aliquā potentiā impediri: ne ita fiat ſicut
ſignificat. igiť cōcluſio vera. ¶ Confirmať Confir.
ſic. qꝛ vel eſt neceſſariū: ꝙ de⁹ ferat genera-
lem ſniam ꝯtra malos. et ſi ſic: tunc de⁹ ali
quem effectū ad extra ꝓduceret: ⁊ nō libe-
re libertate oppōnis. qđ falſum eſt. qꝛ ſicut
vult libere: ita libere agit ad extra. vel po-
teſt eam nō ferre eternaliter: ⁊ ex ꝯñti cum
eam ferre debere: ſit articul⁹ ſecundarius:
vel complexus. ſequiť: ꝙ aliqđ tale poſſit
nunq̄ fieri: ⁊ aliquid tale complexū obie-
ctū fidei ſecundariū poſſit eſſe falſū. ¶ Pa 2
tet etiā ſm veritatē. qꝛ qñq̄ obiectū cōple-
xū fidei fuit: verbū dei eſſe venturū in car
nem. qđ nunc eſt ſimpliciter falſum. ⁊ qui
crederet: hereticus eſſet. ¶ Patet ſcđa ꝑs. Pars.2
qꝛ ſimplices: tales ꝓpoſitiōes non debite
intelligerent. vnde inuoluerenť ꝑ eaſdem.
nec aliquo modo eos edificarent. vñ corā
ipſis penit⁹ ſunt tacēde. ¶ Correlariū. mul-
ta ſunt obiecta fidei ſecundaria: q̄ ꝑ acci-
dens ei obijciunť. ⁊ que poſſunt nō eſſe ei⁹
obiecta. ptꝫ ex ꝯcluſione. qꝛ plures ꝓpōes
contingentes credite: ſui termini ⁊ eoruꝫ ſi
gnata ſunt obiectū fidei. inquantū ſunt ꝓ
poſitoes vere: ⁊ res vt ſignificanť veraciter
ſe ſic habebunt: cū fides ſit habit⁹ ver⁹. er
go cū talia poſſunt non fieri: ⁊ ꝓpōes pñt
eſſe falſe. pñt nō eſſe obiectū fidei. ⁊ ſic con Verbi
tingenť ſunt obiecta fidei ¶ Sicut chriſtū gratia.
eſſe venturū in carnē: apud patres fuit ob
iectū fidei ſecundariū. qđ nunc non eſt ei⁹
obiectū poſitiue. lꝫ poſſit dici ꝙ priuatiue
ſit eius obiectū. qꝛ oppoſita crediť ex fide: Cōd.4
pura. xp̄s non eſt ventur⁹ in carnē. ¶ Quar
ta concluſio. fidei eſt vnū obiectū principa
le. q̄uis eius poſſint eſſe plura obiecta ſe-
cundaria. ptꝫ prima ꝑs: ex ſecunda cōclu-
ſione. qꝛ veritas incōplexa. patet ſecunda Arguiť
ꝑs: ex prima cōcluſione. ¶ Sed cōtra pri- cōtra.1.
mā ptem cōcluſionis arguitur: per diffini ptem
tionem fidei. quā ponit aplus ad Hebre.
xj. dicens. fides eſt ſubſtantia rerū ſperan
darum: argumentū non apparentiū. ergo
ſi eſt rerum ſperandarū. plures habet res
pro obiecto. ⁊ nō vnam ſolam veritatem.
Item nō primā. qꝛ nos ſperamus beatitu 2
dinem: que eſt quid creatum. ¶ Arguiť ſe-
cundo. quia dicit Aug⁹. ꝙ fides eſt de bo-
nis ⁊ de malis. Item de preteritis ⁊ futu-

3 ris.quomō ergo hȝ vnaȝ rē obiectā? ¶Ter
tio dicaꝭ:quomō habȝ ſe fides reſpectu ip
ſius obiecti? eſt em̄ habitus aſſenſiu⁹: aſ/
ſenſus aūt eſt reſpectu complexorum.non
ergo reſpectu veritatis prime incomplexe.
¶Rn̄detur ad has ꝓbabiliter:nihil aſſeren
do.¶Ad primā.ꝙ apl'us vult.ꝙ fides eſt
Ad 1 ſubſtantia .i. fundamentū quo attingere
ſperamus res ſperandas.ſcȝ patrem ⁊ fili/
um ⁊ ſpiritumſanctū. que licet vnum ſint
eſſentialiter:ſunt tn̄ tres res pſonaliter. q̄s
per fidem ſperamus finaliter nos adipiſci
¶Ad ſcd'am ptem quando dicit.ꝙ ſpera/
Ad.2. mus beatitudinē per fidem attingere:que
eſt quid creatum. Rn̄detur. ꝙ ſpei infuſe vl/
timū non eſt principaliter beatitudo for/
malis.ſcȝ viſio ⁊ fruitio. ſed obiectalis q̄
eſt deus.ſicut enim nos ꝑpter deum dili/
gimus.ita etiam formalē beatitudinē pro
pter obiectalem ſperamus ⁊ appetim⁹ ſcȝ
quo talem p illam obiectalem attingam⁹
¶Ad ſecundā cum dicit.ꝙ eſt de bonis et
Ad.2. de malis ⁊c. Rn̄detur.ꝙ beat⁹ Auguſtin⁹ lo
quitur de obiectis ſecundarijs:⁊ nō de pri/
mo ⁊ ꝑncipali.¶Ad terciā ꝙ fides eſt ſim/
Ad.3 pliciter ⁊ immediate:circa veritatē primā
tanq̄ ad verum incomplexū. Unde im/
2 plicite ꝯſequenter credit terminos: tanq̄ ſi/
gna et propōnes exprimentes veritatē pri
mam eſſe trinā et vnam. remuneratorem
ad ſe cōfugientiū.⁊ eſſe ſumme verā.¶Un
3 de tertio credit:omne reuelatū per verita/
tem primam:vel explicite vel implicite.eo
modo quo veritas vult illud credi. Hoc
Ad.2.partem articuli.2. de prima parte articuli.¶Quo ad ſecun/
dam ptem ꝓbabiliter nō aſſerendo.eſt pri
Coclo.1 ma concluſio hec.Sicut obiectum princi
pale fidei eſt neceſſario ⁊ immutabiliter ve/
rum.ita aliquod obiectū ſecundarium po
teſt eſſe falſum.immo pro aliquo tempo/
re erit falſum.¶Prima pars patet: per cō
cluſionem ſecundā partis precedentis. qr
ps.2. obiectum fidei eſt veritas prima. ¶Secū
da pars probatur ſic. qr hec ꝓpoſitio ſcȝ ge/
nerale iudicium erit: poteſt eſſe falſa. et eſt
obiectum fidei. igitur diſcurſus eſt expoſi
torius.Maior patet.quia eſt contingens
immo deus de potentia ſua abſoluta.poſ
ſet nunq̄ generale iudicium adimplere.
Minor patet.quia eſt vnus de articulis
¶Et hoc patet tertia pars.quia poſt diem
iudicij illa erit falſa. ⁊ nunc eſt obiectū ve/
rum fidei.¶Nec mirum quia iſta ſcȝ chri/
ſtus naſcetur ex virgine: fuit obiectum fidei
ante incarnatōnē:⁊ modo eſt falſum.ergo
quod fuit obiectum fidei:eſt factum falſū instantia
¶Forte dices. Si poſſibile eſt: diem iudi
cij non fore.tunc poſſibile eſt deum deci/
pere.probatio conſequentie. qr iam deus
precepit ſuis fidelibus vt credant eam ex
fide: da ergo. ꝙ non fiat: credentes dece/ Solutio
pti ſunt.et non per alium q̄ per deū. ¶Re/
ſpondetur. ꝙ magna hic difficultas tangitur:
videlicet de futurarum rerum contingen/
tia ⁊ de reuelatione earum.an ex diuina re
uelatione ſcilȝ fiant neceſſaria.que maior
eſt:q̄ preſentis materie diſcuſſio. Et ergo 1
ſolum euado rōnem.¶Primo pro conſtā/
ti aſſerendo ꝙ nulla reuelatio futuri con/
tingentis facit ipſum neceſſario futurum
abſolute.patet. qr preſcientia diuina inte/
rior non facit ipſum neceſſariū: vt in que/
ſtione ꝑmi de futura contingentia dictuȝ
eſt.ergo nec reuelatio.tenet conſequentia.
quia nō plus falli poteſt diuina preſcien/ 2
tia q̄ eius reuelatio. ¶Secundo ꝙ q̄uis
rem que eſt aſſenſus falſus: poſſit deus ge
nerare in animo alicuius: non tamen po/
teſt decipere.¶Prima pars patet. qr om/
nia per ipſum fiunt. Item ſe ſolo talē rem
poſſet ꝑducere in lapide.quare nō in ani/
ma? Stat enim illam rem manere in ſub
iecto: ⁊ ſubiectum p illam nulli aſſentire.
¶Tertio ꝙ fortaſſis ſepe in aliquo fideli ꝑ 3
miſit fieri aſſenſus falſos. ⁊ ſine eorum cul
pa.patet Gen̄.xxij. vbi abraam credidit.
ꝙ deus vellet ſibi filium ſcȝ Iſaac immo/
lari:per realem illius interfectiōem. quod
tamen erat falſum.ſed voluit patris obe/
dientiam future generationi patefieri. et
ſaluatoris immolationē per figuram deſi/
gnari. ¶Quarto. ꝙ huiuſmodi aſſenſus 4
falſi:non ſunt a fide:ſed ab anima homi/
nis plus ſe extendente q̄ fides iubet. que
nō iubet talibus futuris aſſentiri: niſi ſm̄
eum ſenſum quem deus vult eis manife/
ſtari.qui ſepe fidelem latet. ¶Per hec re/ Ad form
ſpondetur ad formam.concedendo ꝙ abſo/
lute poſſibile eſt: diem iudicij non fore. et
negando cōſequentiā.ꝙ deus poſſit deci
pere.¶Ad probationē cum dicitur ꝙ deus
precepit credi: eum fore: conceditur. ⁊ quan/
do dicis. Da ꝙ non fiat. Rn̄detur. ꝙ iſta
nō ſtant ſimul. ꝙ deus abſolute reuelauit

eum fore.ꝛ ꝙ non fiat.ſed cum abſoluta re
uelatione de eius fore: manet eius contin/
replica genter fieri.ꝛ poſſe non fieri. ¶Sed repli/
cabis fortiſſime.quia non ſtat cum abſo/
luta reuelatione.qua reuelatur rem debe/
re fieri.eam non fieri.ſed iam abſolute re/
uelauit deus diem iudicij fore. ergo dies
iudicij non poteſt nō fieri. ergo neceſſario
fiet. ergo abſoluta reuelatio rei ad fore ne/
soluitur ceſſitat eam ad fore. ¶Reſpondet. ꝙ argu
mentū peccat per logicam.nō enim ſtant
iſte due ſimul: deus reuelauit abſolute a
fore ꝛ a non erit.ſed bene iſte.deus abſolu
te reuelauit a fore ꝛ a pt non fore.qꝛ reuela
uit diē iudicij fore ꝯtingent ſicut ꝯtingen
ter erit.ꝛ ideo cum reuelatōe facta: ſtat.ꝙ
Ad forꝫ poſſit non eſſe.ſed nō ſtat: ꝙ nō erit. ¶Un
de ad formam: conceditꝰ antecedens pro
prima parte.ꝛ etiam ꝙ deus abſolute re/
uelauit diem iudicij fore.ſed negetur con
ſequentia: cum infert.ergo dies iudicij nō
poteſt non fieri.quia oppoſitum ꝯſequen/
tis ſcilꝫ eum poſſe non fieri: ſtat cum toto
antecedente.quia contingenter erit. Sed
ſi inferres compoſitam ſcꝫ hanc. ergo non
ſtat: cum reuelatione qua reuelatum eſt ꝙ
fiet.ꝙ ipſa non fiet. hoc conſequens conce
cōcl'o.2. deretur. ¶Secunda cōcluſio.ꝙ huiuſmo
di obiecta ſecundaria fidei. qn̄ fuerint fal
ſa: deſinunt eſſe obiecta fidei. patet. qꝛ fi/
des eſt habitus ſcꝫ verus. vnde in tempo
re incarnationis ꝛ poſt. hec ſcꝫ propoſitio
filius dei naſcetur ex virgine: que ante fuit
obiectum fidei in patribus: deſijt eſſe ob/
iectum fidei.patet.quia fides dirigit im/
mediate ꝛ principaliter in primaꝫ verita/
tem.et ſecundario in ea que prima veritas
reuelat credenda. ꝛ que vult credi. modo
poſt incarnationem iam factam non reue
lauit prima veritas hoc eſſe futurum. nec
voluit hoc credi eſſe futurum.ergo hoc nō
cōcl'o.3. fuit amplius obiectum fidei. ¶Tertia cō
cluſio ꝛ reſponſalis.ſicut fidei nullo modo
poteſt ſubeſſe falſuꝫ quo ad obiectum eiꝰ
primariuꝫ.ita non eſt poſſibile ꝙ aliquid
ſit falſum: ꝛ ſimul ſit obiectum credenduꝫ
per fidem. ¶Prima pars patet.per primā
partem prime concluſionis huius articu/
Pars.2 li. ¶Secunda pars patet per concluſionē
precedentem.quia non ſtat ſimul ꝙ ſit fal
ſum.ꝛ ſit obiectum fidei.quia cum incipit
eſſe falſum: deſinit eſſe obiectuꝫ fidei: vt di

ctum eſt. Hec pars eſt cōmuniter de men/
te doctorum veterum. Unde ſanctus tho
mas in parte ſecunda ſecunde: queſtio/ 1
ne prima: articulo tertio in ſolutione ſecū/
de ꝛ tertie rōnis dicit. ꝙ chriſtuꝫ eſſe incar/
nandum: prout cadit ſub fide: non poteſt
eſſe falſum. Per qd̄ nihil aliud intelligit:
niſi ꝙ non ſimul ſtat: ꝙ ſit obiectum fidei.
ꝛ ſit falſum. Unde ꝛ ſupra dictum fuit: in 2
prima parte huius articuli ꝙ huiuſmodi
contingentia contingenter ſunt fidei obie
cta. quando enim vera ſunt: obiecta eius
ſunt. ꝛ quando deſinunt eſſe vera: deſinūt
eſſe fidei obiecta. Hoc de ſecūda parte hu/
ius articuli. ¶Quantum ad tertiam par/ De.3.pte arti.3
tem articuli.ij. videndum eſt de articulis
fidei: quo ad eorum numerū. ¶Pro quo No.1.
primo eſt notandū. ꝙ Ricardus de ſancto
victore: deſcribit articulum ſic. Articulus
eſt indiuiſibilis veritas de deo: artans nos
ad credendū. Et intelligitur ſic. ꝙ eſt enun
ciatio: maxime diſcreta ſeu reſoluta de deo:
artans nos ex determinatione eccleſie vel
dei ad credendum. Non ꝙ cogat volun/
tatem. ſed artat ad adherendum remouē/
do omnem dubietatem. Et eſt cōmunis
deſcriptio articuli: capiendo articulū pro
enunciabili complexo a catholico creden/
do reſoluto ad minimū. ¶Iſidorus defi/ 3
nit articulum ſic. Articulus eſt perceptio
diuine veritatis: intendens in ipſam. Et
eſt deſcriptio articuli: prout eſt obiectum
fidei formate charitate. Et intelligitur ſic
ꝙ eſt enunciabile reſolutum. a quo fit per
ceptio diuine veritatis: ꝛ tendentia ex cha
ritate in ipſam diuinam veritatem. ¶Se No.2.
cundo eſt notandum. ꝙ articuli credendi:
traduntur in ſymbolis approbatis per ec
cleſiam. que ſunt tria. primū appſtolorū.
quod legitur in primis: ꝛ in completorio.
mane ꝛ ſero: ſignificans ꝙ fideles in eo vi/
uere debent: a principio vite vſqꝫ in finem
poſt fidem receptam. Secrete dicitꝰ. quia
hominem interius perficit. ¶Secundum
eſt nicenum: factū in niceno concilio a tre/
centis. xviij. patribus ſcꝫ ſanctꝭ epiſcopis
factum ad maiorem articulorum ſimboli
apoſtolorum declarationem: ꝛ ad here/
ſum extirpationem. quod cantatur in miſ
ſa: alta ꝛ clara voce. vt ſpretis hereſibus fi
dem fidelibus perficere poſſit. Ante do/
minici corporis conſecrationem. vt fide g/

ficiens coꝛda fidelium: quare quiuis coꝛū
ad manducationē dominici coꝛpoꝛis ſpi
3 ritualem ad minus paratus ſit. ¶Terciū
eſt Athanaſij. factum pꝛincipaliter ad ex
tirpandam hereſim arrianam. que dei in/
carnatum filium puram creaturaꝫ poſuit
Legit autem alta voce in fidei confirma/
tionem et arriane hereſis deteſtationem.
Et in pꝛimis ſcꝫ in pꝛincipio diei de ma/
ne: ad innuendum ꝙ ſine fidei fundamen
to pꝛeſuppoſito: nihil valent noſtra opera
pꝛo eterno pꝛemio conſequendo. Et in cō
pletoꝛio etiam. aut ſymbolum apoſtolo/
rum: pꝛo ſignificatione. ꝙ qui perſeuera/
uerit vſqꝫ in finem: ſaluus erit Mathei.
x. et. xxiiij. ¶Hoꝛum trium: pꝛimū apoſto
4 loꝛum dicit maius. non verboꝛū pluralita
te ſed facientiū auctoꝛitate. quia factū ab
omnibus apoſtolis chꝛiſti ſimul congre/
gatis. ⁊ quolibet eoꝛum ſuum bolum dicē
te: ⁊ alioꝛum bolos appꝛobante. vt ſic par
ticulatim ab omnibꝰ apoſtolis chꝛiſti ſup
quos eccleſia fundanda erat: vt habetur
Apocal. xxj. factum ſit. ⁊ ſingulis ſuis par
5 ticulis ab omnibus appꝛobatū. ¶Unde
⁊ ſymbolum dicit a ſin quod eſt con. ⁊ bo/
los ſententia. quaſi plurium apoſtoloruꝫ
ſententia de credendis in vnum congre/
gata. vt enim maioꝛem haberet firmitatē
ſinguli apoſtoli ſuas in eo poſuerunt par/
tes. ⁊ omnes in ſimul ſingulas appꝛoba/
uerunt: vt vna eccleſia vnico filio dei de/
ſponſata vnam fidei credulitatem ⁊ con/
feſſioneꝫ haberet. que diceret fides catho
lica. id eſt vniuerſalis. quia ab vniuerſis
apoſtolis chꝛiſti pꝛimitus inſtituta. vni/
uerſis fidelibus data pꝛo ſalute. ¶In hu/
ſymbo. apl'oꝛuꝫ ius ſymboli compoſitione: petrus dicit in
cepiſſe. Credo in deum patrem omnipo/
tentem: creatoꝛem celi et terre. Andreas
ſubdidiſſe. Et in ieſum chꝛiſtum filiū eius
vnicum dominū noſtrum. Johannes ad
didiſſe. Qui conceptus eſt de ſpirituſan/
cto: natus ex Maria virgine. Maioꝛ Ja
cobus appoſuiſſe. Paſſus ſub poncio py/
lato: crucifixus: moꝛtuus ⁊ ſepultꝰ. Tho/
mas retuliſſe. Deſcendit ad inferna: tertia
die reſurrexit a moꝛtuis. Minoꝛ iacobus
dixiſſe. Aſcendit ad celos: ſedet ad dexte/
ram dei patris omnipotentis. Philippꝰ
aſſeruiſſe. Inde venturus eſt iudicare vi/
uos ⁊ moꝛtuos. Bartholomeus pꝛotuliſ/
ſe. Credo in ſpiritumſanctuꝫ. Matheū
retuliſſe. Sanctam eccleſiam catholicam
Symon chananeus adiunxiſſe. Sancto
rum cōmunionem: remiſſionem peccato/
rum. Judas zelotes pꝛedixiſſe. Carnis re
ſurrectōnem. Et Mathias compleuiſſe
Et vitam eternam Amen. ¶De hoc ſunt in metr̄
metra. Credo canit petrus: andreas vero
ieſum chꝛiſt. Jo. qui conceptus: maioꝛ Ja
cobus quoqꝫ paſſus. Thomas deſcendit
alter Jacobꝰ quoqꝫ ſcandit. Philip. ven/
turum: ſed ſpiritum Bartholo ſanctum.
Matheus eccleſiam: Symonis cōmu/
nio ſancta. Surgere carnem Judas: eter/
na vita Mathias. ¶Tertio eſt notandū No.3.
ꝙ iſtud ſymbolum eſt ſufficiens ad ſalu/
tem ſimplicibus credentibus ipſum: cum
his que ad ipſum conſequuntur in genere
creditis. Eſt enim a ſpirituſancto conditū
ex oꝛe omniū apoſtoloꝛum. ſuper quos fa ſufficien
bꝛica militantis eccleſie erecta eſt. ¶Cuiꝰ tia.
ſufficientia ſm Bonauenturam: ſic ſumi
poteſt. nam cum fides ducat ad ſalutem:
que non attingitur niſi in fide trinitatis:
⁊ incarnationis filij. neceſſe erat vt aliqui
articuli reſpicerent trinitatem ⁊ naturam
diuinam. aliqui incarnationem ⁊ naturā
humanam. ¶Si autē articuli reſpiciant 1
diuinam naturam ſiue trinitatem. hoc po
teſt eſſe dupliciter. quia aut eſt quo ad na
turam ſm ſe. Aut reſpiciunt eam ſub rati/
one diuerſe perſone. ⁊ hoc ad intra. Uel re
ſpiciunt eam pꝛout eſt in operatiōe. ⁊ hoc
ad extra. ¶Si reſpiciant naturam diui/ 1
nam ſm ſe: ſic ſic̄ vna eſt et ſimplex: ita eſt
vnus articulus. Credo in deum. non ſcilꝫ
in deos. quia non ſunt plures dij. ¶Siue
ro reſpiciant eam ſub ratione diuerſe in ea
perſone. ſic ſicut ſunt tres perſone. ita ſunt
tres articuli: quoꝛum pꝛimꝰ eſt. Credo in
patrem omnipotentem. Secundus cum 2
dicit. Et in ieſum chꝛiſtuꝫ filium eius vni
cum dominū noſtrum. Et tertius cum di/ 3
citur. Credo in ſpiritumſanctū. ¶Si vero 4
reſpiciant diuinam naturam. pꝛout eſt in
operatione ad extra. hoc eſt tripliciter: ſm
eius triplicem operationem. ſcꝫ creatiōis:
recreationis: ⁊ gloꝛificationis. Et ſic itidē 5
tres erunt articuli. quoꝛum pꝛimus poni/
tur ibi. Creatoꝛem celi et terre. Secundꝰ 6
ibi. Sanctam eccleſiam catholicaꝫ. Ter/
tius ibi. Carnis reſurrectionem ⁊ vitā eter

nam. Ecce ſeptem articulos reſpicientes
trinitatem ⁊ vnitatem eſſentie. ¶Eodem
modo reſpectu humanitatis ſumunt̃ alij
ſeptem ẜm ſeptem opera chriſti redempto
1 ris.quorum articulorum primus eſt incar
natio.qui ponitur ibi. Qui conceptus eſt
2 de ſpiritusancto.¶Secundus natiuitas.
ſcꝫ in mundum progreſſio.qui ponitur ibi
3 Natus ex Maria virgine.¶Tertius: de
peccatis deo patri ſatiſfactio.qui ſequitur
Paſſus ſub poncio pylato crucifixus mor
4 tuus ⁊ ſepultus.¶Quartus inferni deſpo
liatio.de quo eſt alius articulꝰ. deſcendit
5 ad inferna ¶Quintus: plena mortis ſu/
peratio.qui ſequitur.cuꝫ dicit̃. Tertia die
6 reſurrexit a mortuis.¶Sextus: celeſtis re
gni aſſecutio.de quo eſt articulus ſequẽs.
Aſcendit ad celos: ſedet ad dexteram dei
7 patris omnipotentis ¶Septimus eſt ad
iudicium reuerſio.qui ſequitur. cum ſub/
ditur. Inde venturus eſt iudicare viuos ⁊
ꝙ Johes baptiſta nō fuit ꝑ circūciſionem
ab originali mūdat⁹: ſʒ in vtero ſpūſancto
replet⁹: vt habetᷣ Luce. j. tn̄ tenebatᷣ ad cir/
cūciſionē ꝓpter obligatiōem p̄cepti p̄dicti
Gen̄. xvij. ſicut etiaʒ creditᷣ ap̄los baptiſa/
tos ⁊ beatā ꝟginē ex inſtitutiōe ſaluatoris
replica intonātis. Niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua et
ſpūſancto nō p̄ōt videre regnuʒ dei. ¶ Et ſi
queratᷣ. quare ḡ dicit gloſa ſuꝑ illud. Ego
Solō debeo a te baptiſari. i. ab originali mūdari
¶ Rn̄detᷣ. ꝙ loquatᷣ de debito ꝓ originali. Li
cet em̄ ſancti p̄res eſſent ab om̄ibꝰ mūdati
criminibꝰ: tn̄ nō poterāt videre regnū dei.
ꝓpter debitū deo refundendū ꝓ ꝓmo pecca
to. qđ ꝑ ſolū xp̄m erat adimplendū. ⁊ ideo

a xp̄o debuit baptiſari. i. ab illo debito ꝑ ei⁹
bn̄dictā mortē liberari ⁊ ianuā regni ſibi et
aliȷs fidelibꝰ reſerari. ⁊ hoc vult gloſa ¶ Ad Ad.3
tertiā ꝓbatiōem p̄ōt negari maior le q̄ndo
de peccato ꝑſone. Erat em̄ ianua regni clau
ſa: nō ꝓpter pctm̄ alicui⁹ ſanctoꝝ patrum.
quippe q̄bꝰ om̄ia fuerūt indulta. Sʒ ꝓpt
reatū ſiue debitū ꝓ peccato. qꝛ p̄ciū ſatiſfa/
ctionis ꝓ pctō inficiēte totā naturā: nōdū
erat ſolutū. ſʒ ꝑ xp̄m de ꝯgruo ⁊ ordinatio
ne diuine diſpoſitiōis ſolum poterat ſolui
¶ Ad quartā ꝓbatōem an̄cedētis. cōceditᷣ Ad.4
ꝙ nuſq̄ʒ legitᷣ a ſanctis exp̄ſſum ꝙ circūciſio
tolleretᷣ pctm̄ actuale. Cui⁹ cauſa eſt. qꝛ ꝓn
cipaliter inſtituta fuit ꝯtra originale. et iō
ſancti actuale nō exp̄munt. deleuit tamen
actuale in adult; cū pnīa illud ſuſcipienti/
bus ⁊ debita fide. ¶ Ad ſecundā rōnem ne ad.2 rōʒ
getur an̄s. ꝙ circūciſio nō dederit grāʒ. Ad
ꝓmā ꝓbatōʒ ad auctoritatē mgr̄i dꝛ ꝙ ma
giſter in h̄ nō tenetᷣ. ¶ Vel p̄ōt dici ꝙ volue 2
rit ꝙ hec nō ita copioſe ⁊ fructuoſe i ea fue/
runt data ſicut baptiſmo. qꝛ nondū fuit ia
nua aperta ꝑ xp̄m. Nec tot incitamēta fue
rant tūc ad dilectionem dei ſicut poſt paſſi
onē ſaluatoris. ¶ Ad ſecundā ꝓbatōem dꝛ Ad 2
ꝙ gloſa loquatᷣ de grā q̄ aperit ianuā regni.
illa ꝑ eā nō dabatᷣ ſed ꝑ mortem xp̄i. ¶ Ad Ad 3
tertiā. ꝙ nō oportet ſacramentū om̄e illud
figurare qđ p̄ſtat. baptiſm⁹ em̄ dat dona ꝟ
tutū ⁊ grām que nō figurat immediate: ſʒ
figurat ſic ablutionē vicioꝝ. ¶ Scđo p̄t di 2
ci ꝙ circūciſio ꝓmo fuerit inſtituta: vt eſſet
ſignū indulgētie. ⁊ ideo data fuerit i abla/
tionē. Sʒ ſecūdario importat ꝯceſſionem
grē. eo ꝙ đ lege ordinata nō remittitᷣ culpa
niſi cū infunditᷣ grā. Et ſic ſignificādo po/
ſterius. ſ. ablationē culpe: dat intelligere ꝓ
us ſcʒ infuſionē grē ꝑ quā remittitur culpa
¶ Ad quartā ꝓbatiōem. cōceditᷣ ꝙ vtrūq̄ʒ Ad.4
ſit poſſibile deo abſolute. ſ. ⁊ ponere grām: ⁊
nō tollēdo culpam: vt ſi culpa nō infuiſſet
Itē ⁊ ſcđo p̄ōt tollere grām: nō ponēdo cul
pam. Et tertio tollere p̄ōt culpā nō ponen/
do grām. ¶ Sʒ de ordinata potētia ſua de⁹
nunq̄ʒ tollit culpā niſi ponat grām. qꝛ gra/ 2
tia eſt formale mediū q̄ deus aufert culpā.
⁊ ḡ paꝝ facit ad ꝓpoſituʒ. Circūciſione ꝟo
deus infudit grāʒ. ⁊ ex ꝯſeq̄nti abſtulit cul
pam originalē: etiā actualē ſi infuit. ¶ Ve/
rū eſt ꝙ de⁹ dꝛ ānihilare grām i peccāte mor 3
taliter. qꝛ ille ſe indignū reddit per culpam
vt de⁹ in eo grām nō ꝯſeruet. Et ideo quaſi

ille ſua pũentiõe q̃ ruit in culpã: eſt cauſa
Ad 5 quare de⁹ annihilat grãm. ¶ Ad q̃ntã. ꝙ g/
tia in circũciſione data fuerit ſic nũc in ba/
ptiſmate.ſ. miniſtro exteri⁹ opante ⁊ deo g̃/
tiam ad int⁹ creãte: ꝟtute diuia aſſiſtẽte h̄
2 ⁊ ibi ſacr̃o. ¶ Dices. in quo g̃ baptiſm⁹ p̄ce/
1 dit circũciſionẽ. ¶ Põt dici ꝙ apertione ia
nuę. qd̃ tñ ei ꝑ accidẽs ſolũ ↄuenerat. Nã
ſi añ natiuitatẽ ſaluatoris iannã non ape/
ruiſſet: cũ illa ſola oblatiõe hoſtię agni im
maculati potuerit apiri. ¶ Scd̃o ĩ collati/
one donoꝝ. qꝛ potiora bona tribuit. eo ꝙ q̃
uis grã ęqualis exiſtat. tñ pl⁹ põt poſt ob/
lationẽ ieſu xp̄i q̃ȝ añ. eo ꝙ plura ſint puo/
cantia ad dilectionẽ dei ſup oĩa. ⁊ ſcripturę
clarę puocãtes ad amorẽ dei. Hoc tñ etiaȝ
ꝑ accidẽs eſt. qꝛ ſi circũciſio adhuc eſſet ĩ vi
3 gore: idẽ faceret. ¶ Tertio põt dici ſȝ diffici
le eſt ꝓbari ꝙ pęnã in adultis deleret totam.
4 qd̃ forte circũciſio nõ fecerat. ¶ Dicit Tho
mas de argẽtina. ꝙ det abundãtiorẽ gratiã.
Idẽ etiã dicũt multi aliȷ̃. ſȝ h̄ nõ videt̃ mi/
Ad. 1 hi verũ. ¶ Ad rõnes factas ↄ̄ queſitũ ¶ Ad
ↄ̄ q̃ſitũ p̄mã. ꝙ mgr̃ in h̄ nõ tenet̃. qꝛ videt̃ eſſe con
tra illd̃ Joh̄. iij. Niſi q̇s renat⁹ fuerit ex aq̄
Ad ſcd̃ȝ ⁊ ſpũſctõ ⁊c̃. ¶ Ad ſecundaȝ põt dici Uno
mõ. ꝙ illud dictũ ſancti Matthei ſumit̃
ſic. ꝙ ioh̄es fuit baptiſans ⁊ p̄dicãs baptiſ
mũ pnię. ibi punctuãdo. ⁊ qd̃ ſequitur: ad
baptiſmũ xp̄i referẽdo in remiſſionẽ pctõꝝ
2 ſcȝ ꝑ baptiſmũ xp̄i fiendã. ¶ Aliter referen
da ad idẽ exponit̃ ꝙ Joh̄es qꝛ fuit miſſus
iniũxit ↄfitẽtibꝫ pctã ſua pniam in remiſſi
onẽ pctõꝝ. ⁊ ſic ↄtritis pniam ſuſcipiẽtibꝫ
dabat̃ remiſſio pctõꝝ. nõ ex ei⁹ baptiſmo:
ſȝ ꝑ dignos fruct⁹ pnię q̃s iniunxit. Erat
enĩ ei⁹ baptiſm⁹ quaſi quędã ſolẽnis ꝓfeſ/
ſio pnię ⁊ aſſuefactori⁹ ad baptiſmum xp̄i
Ad. 3 ¶ Ad tertiã. ꝙ Damaſcen⁹ vult ꝙ Joh̄es
purgat ad ſpm̃ ꝑ aquã vl' p̄parãdo ad pur
gationẽ ſpũs baptiſmo xp̄i futuraȝ. ¶ Uel
2 humilit̃ ſuſcipiẽtibꝫ ex deuotiõe ſpũs ſeq̃/
3 batur ei⁹ purgatio. ¶ Seu etiã purgat cor
pora in ſignũ purgatiõis futurę ſpũalis ex
baptiſmo xp̄i. ¶ Uel fortaſſis vult ꝙ ſuis
4 ſanctis doctrinis purgat ignorãtias ſpũs
ꝑ aquã pnię. ¶ Ad quartaȝ ꝙ Aug⁹. vult
Ad. 4 ꝙ a Johãne baptiſatis remittebant̃ pecca
ta in fide ⁊ ſpe futuri baptiſmi xp̄i in cuius
noĩe baptiſabat. ⁊ fuit ſpẽs de futura gratia
ↄſequẽda in baptiſmo xp̄i futuro ⁊ efficax
nõ ex grã quã in baptiſmo Joh̄is ſȝ quaȝ
in baptiſmo xp̄i nõ obicẽ ponẽtes cõſequę
bant̃. Põt enĩ ſpes ſtare ſine gratia gratũ/
faciente. ⁊ eſſe de futura miſericordia in pec
cante mortalit̃. quare g̃ nõ in pniam ſuſci/
piente: licet ſꝑ ſpes ſit donũ gratiſdatũ de
futura miſericordia atq̃ȝ ſalute. Põt etiaȝ
dici. ꝙ in ſuſceptiõe pnię ex opere interiori
baptiſati dabat̃ grã. vel ex orõne Joh̄is ſȝ
nõ ex baptiſmo q̃ tm̃ fiebat in aqua ¶ Ad Ad. 5
q̃ntã. neget̃ ↄñtia. ⁊ ad ꝓbationẽ dr̃ ꝙ licet
baptiſm⁹ ioh̄is ⁊ xp̄i magis ↄueniebat in
materia q̃ȝ circũciſio ⁊ baptiſm⁹ xp̄i. tñ q̃n/
tum ad finẽ inſtitutõis magis ↄueniebat
circũciſio cũ baptiſmo xp̄i. qꝛ vtraq̃ȝ inſti/
tuta fuit in remediũ originalis peccati. ba
ptiſmus Joh̄is nõ ad h̄ ſȝ vt eſſet ſignum
baptiſmi xp̄i. Et q̃ȝtũ ad myſticas ſignifi/
catiões circũciſio ⁊ baptiſm⁹ xp̄i quaſi idẽ
ſunt. qꝛ circumciſio ſignificabat abſciſione
pelliculę: pcti ↄtracti ꝑ ↄcupiſcẽtiã abſciſio
nem ⁊ ↄcupiſcẽtię cordis mitigationẽ ⁊ fu/
turã cuſtodiam. Idẽ ſignificat baptiſm⁹
xp̄i ꝑ exteriorẽ corpis ablutionem. ¶ Ad ſe Ad. 6
xtam ꝙ fuit ſacr̃m eo mõ q̃ legalia. qꝛ fuit
ſignũ ſacrę rei ſcȝ baptiſmi xp̄i. quẽ magis
ſignificabat q̃ȝ alia legalia ex maiori ↄfor/
mitate cũ eodẽ. Ea q̃ adducunt̃ ꝓ oppoſi/
to ſunt pro dictis in p̄mo ⁊ ſecũdo articulo.
Hoc de queſtione.

# T Ertio queri/

tur circa diſ. iij. ⁊ iiij. Utruȝ
ſicut de neceſſitate baptiſmi
eſt ꝟbũ exp̄mẽs actũ cũ inuo/
catione trinitatis: ſic q̃libet facta in hmõi ꝟ
bo mutatio ſit impedimentũ baptiſmatis.

Quę queſtio ſupponit. Primo ꝙ de ne
ceſſitate baptiſmi ſit exp̄ſſio act⁹ ¶ Contra argu. 1
qd̃ arguit̃ ſic. ꝙ baptiſm⁹ nihil eſt. g̃ nihil ẽ
de ei⁹ neceſſitate. ↄñtia tenet. qꝛ oppoſitum
infert oppoſitũ. Añs ꝓbat̃. qꝛ vel eſſet aq̃:
⁊ hoc nõ. qꝛ aqua ſm̃ Aug. ſine ꝟbo non
eſt ſacr̃m. Uel eſſet verbũ: ⁊ hoc nõ. qꝛ mgr̃
dicit in lr̃a ꝙ eſt tinctio in aq̃. ⁊ hęc non eſt
verbũ. Uel eſſet aggregatũ ex his: ⁊ h̄ non
qꝛ ex voce ⁊ aq̃ materiali nihil natũ eſt fie/
ri: ſicut nec ex ſbã ⁊ accidẽte. ¶ Secũdo in Argu. 2
collatiõe baptiſmi nõ videt̃ neceſſariũ eſſe
vt ſacerdos dicat. Baptiſo te. igit̃ ſuppoſi
tum falſum. ↄñtia nota eſt. ⁊ añs ꝓbatur.
qꝛ videt̃ ſufficere ꝙ teneat̃ forma quaȝ xp̄s
dedit diſcipulis Matth. vlti. modo in illis
ꝟbis nõ dicitur Ego te baptiſo: ſȝ ſoluȝ vt

baptiſent in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti
argu.3 igit̄.¶ Tertio. ſi ꝟbū eſſet neceſſariū: h̄ ma/
xime eſſet vt ꝑ ipm̄ exꝓmeret̄ intētio bapti/
ſantis. ſ꜡ ꝓpt̄ hoc nō eſt neceſſariū. igit̄. te/
net ꝯn̄tia. Et maior pat꜡. q꜡ alia rōne non
videt̄ neceſſariū. Minor ꝓbat̄. q꜡ act⁹ ba/
ptiſandi videt̄ intētionē exꝓmere. q̇ em̄ co/
medit: ſatis indicat ꝙ habet intētione꜡ co
medendi. ſic ⁊ q̇ baptiſat ipo actu docet ꝙ
Confir. habet intētionē baptiſandi. ¶ Et ꝯfirmat̄.
q꜡ in ſacramēto euchariſtię q꜡uis ſacerdos
nō ꝯſecraret niſi haberet intētionē ꝯſecran
di: tn̄ nō exꝓmit actū: ꝓut notum eſt. g̈ nec
oportet exꝓmere actū in ſacramēto baptiſ/
ꝯ ſuppō ſitū mi. ¶ Scđo queſtio ſupponit: vt fiat inuo/
catio trinitat꜡ ſi debeat eſſe baptiſm⁹. ¶ Cō
arguit̄.1. tra qđ arguit̄ ſic. q꜡ apl̄i baptiſabāt in noīe
ieſu. g̈ nō eſt neceſſe exꝓmere totā trinitatē
tenet ꝯn̄tia. q꜡ ieſus eſt ſecūda pſona in di
uinis. Et an̄s pt꜡ Actuū. viij. vbi dr̄. ꝙ ſa/
maritani baptiſati fuerūt in noīe dn̄i ieſu
argu .2 ⁊ in pluribꝫ alijs locis. ¶ Scđo. quia dicit
Ambroſi⁹ ꝓmo li. de ſpūſctō. ⁊ aſſumitur i
lr̄a diſ. iij. c. v. ꝙ ſi vnū ſmone cōphendas
vel pr̄em vel filiū vel ſpm̄ſcm̄. fide aūt nec
pr̄em nec filiū nec ſpm̄ſctm̄ abneges. ple/
num eſt fidei ſacr̄m. g̈ ſufficit noīare vnu꜡:
Argu.3 vt nō oporteat exprimere totā trinitatem.
¶ Tertio. q̄ omino idē ſunt: ptāte ſapiētia:
⁊ volūtate. tātū valet noīare vnū ſic om̄es
mō ita eſt de tribꝫ pſonis: vt dr̄ in libro ꝓ/
mo. ꝙ nō magis eſt potētia i tribꝫ q꜡ i vna.
ꝑ q̄ſito ⁊ ita de alijs. ¶ Tertio q̄rit q̄ſtio. Utrū q̄li/
Argu.1. bet facta in h̄mōi ꝟbo mutatio ſit impedi/
mentū baptiſmat꜡? ¶ Pro cui⁹ affirmati/
ua pte arguit̄ ſic. Om̄e qđ nō habet formā
baptiſmat꜡: nō eſt baptiſma. ſ꜡ q̄libet talis
mutatio tollit formā baptiſmat꜡. igitur ⁊c̄
Pt꜡ maior. q꜡ forma dat eſſe rei. nihil em̄
albū ſine albedine. Et pt꜡ minor. q꜡ illa ꝟ/
Argu.2. ba ſunt de forma eccl̄ię: vt dicit mgr̄ in lr̄a.
¶ Scđo aliq̄ mutatio in talibꝫ impedit. g̈
⁊ quęlibet. ꝯn̄tia tenet. q꜡ nō videt̄ q̄re pl⁹
vna q꜡ alia. an̄s pt꜡ ꝑ mgr̄m i ca. v. diſ. ter
tię dicēt꜡. Si aūt dicat̄. in noībꝫ nō eſt ſa/
cramētū. Et h̄ ſumpſit ex dict꜡ beati ambro
In op/ ſij ꝓmo libro de ſpūſctō. ¶ S꜡ in oppoſitū
poſitū ꝓ ⁊ ꝓ ꝓmo ſuppoſito ꝓmo eſt forma eccleſię:
mi ſup/ q̄ exꝓmit actū dicendo. Ego te baptiſo ⁊c̄.
poſiti Scđo q꜡ dicit Alexāder. iij. ex̄ de baptiſmo
⁊ ei⁹ effectu. caplo. ſi q̇s puer꜡. Si q̇s pue/
rū in aq̄ ter merſerit: dicēdo in noīe pr̄is et
filij ⁊ ſpūſſctī: niſi dicat. Ego te baptiſo: ta

lis merſio nō pōt eſſe baptiſm⁹. Et rōne vi
det̄ hoc. q꜡ cū intētio baptiſant꜡ ſit maxime
neceſſaria: nihil videt̄ mag꜡ ſe tenere ex pte
formę q꜡ ꝟbū qđ exꝓmit illū actu꜡. ſ. ego te
baptiſo ⁊c̄. ¶ S꜡ ꝓ ſcđo ſuppoſito ē forma Secūdi
dn̄i nr̄i tradita Matth. vlti. vbi expreſſe ſuppoſiti
noīant̄ tres pſonę. Scđo q꜡ Fulgenti⁹ dic̄
ꝙ myſteriū redēptiōis nullo mō habetur ſi
pr̄is vel filij vel ſpūſſctī nomē ſubtrahat̄.
Et tertio. q꜡ Pelagi⁹ papa ſcribit gaudēti
epo. Reuera ſi hi de hereticis q̇ in locis dyo
ceſis tuę ⁊ viſitatōis cōmorari dicunt̄: ſolū
in nomīe dn̄i ſe baptiſatos fuiſſe fortaſſis
ꝯfiteant̄ ſine cuiuſq꜡ dubitatōis ambiguo
eos ad catholicā fidē veniētes ſanctę trini
tatis noīe baptiſabis. g̈ ſine exꝓſſione trini
tatis nō fuit baptiſma. Et h̄ pōt parere ra
tione. q꜡ exꝓſſio fidei ꝓ deletiōe culpę ſum/
me eſt neceſſaria. mō fides delens culpā eſt
fides trinitatis. g̈ ⁊c̄. ¶ S꜡ ꝯtra q̄ſitū. quia ꝯ q̄ſitu꜡
tūc balbutiētes neminē poſſent baptiſare.
qđ falſum eſt. ⁊ pat꜡ ꝯn̄tia. q꜡ ꝓpter viciu꜡
lingue nequeūt formā ꝟboꝝ pferre ſine ad
ditione. repetūt em̄ pluries eandē ſyllabā

# In hac queſtione

erūt q̄ttuor articuli. In ꝓmo videbit̄ de ba
ptiſmi eſſentia. ſ. q̇d ſit. Scđo de ei⁹ mate/
ria ſc꜡ cū q̄ fit. Tertio de ei⁹ forma ꝑ quā fit
ſc꜡ vtrū tā act⁹ exꝓſſio q꜡ trinitatis inuoca
tio neceſſario aſſit Et quarto de q̄ſito. ſ. vtꝝ
oīs mutatio in ꝟbis faciat vt nō ſit ⁊c̄.

# Quantum ad pri

mū notādū eſt: vt dictū fuit in q̄ſtione pri
ma ꝙ baptiſm⁹ ſicut etiam alia ſacramēta
nō eſt aliq̇d vnū. q꜡ ad ſacramētū neceſſa/
rio ꝯcurrit elementū ſiue materia ſenſibilis
⁊ exꝓſſio ꝟboꝝ. quoꝝ ꝓmū vocat̄ materiale
ſecundū vocat̄ formale. Et talibꝫ aūt non
fit vnū: vt dictū eſt ¶ Un̄ nō eſt querenda
q̇dditas baptiſmi tāq꜡ vni⁹ ſubę: ſ꜡ magis 2
tāq꜡ vni⁹ medicinę ſiue remedij ſpūalis ꝯ
morbū aīę inſtitutę cōpoſitę ex multis cō/
ſtituētibꝫ vnā ſpūs medicinā. ¶ Scđo eſt
notandū. ꝙ cū ſit triplex baptiſm⁹ vt decla Nota.2
rat mgr̄ in lr̄a diſ. iiij. h⁹ q̄rti. in. c. v. ⁊ dein
ceps vſq꜡ ad ca. vltimū. ſ. fluminis qui fit
in aqua: ſub certa ꝟboꝝ exꝓſſione. Et ſan/
guinis q̇ fit martyrij pꝑſſione. ſi q̇s ꝓ xp̄o
morit̄ nō baptiſat⁹. Et flamis. q̇ fit cordis
ꝯtritiōe. in eo q̇ libent̄ baptiſaret̄ cū ꝯtritōe

pccatoꝝ ſuoꝝ. cui tñ ſine ſua culpa baptiſ
1 mi copia denegaꝛ. ¶De baptiſmo fluminiſ
ſcꝫ q̇ fit tinctiõe vel ablutiõe p aquã: in q̄
Nota.3 ſtione loq̇ ꝓpono. ¶Tertio eſt notandũ. ꝙ
hũc baptiſmũ magiſter definit. c.j. in p̄n
cipio diſ. tertię ſic. Eſt tinctio .i. ablutio cor
poris exterior ſb forma verboꝝ pręſcripta.
2 ¶Hugo aũt de ſancto victore deſcribit ba
ptiſmũ ſic. Baptiſmꝰ eſt aqua diluendis
3 criminibꝰ ſanctificata p verbuꝫ dei. ¶Da
maſcenus li. iiij. c.j. deſcribit ſic. Baptiſmꝰ
eſt p quẽ p̄mitias ſpũſancti accipimus: et
p̄ncipiũ alteriꝰ vitę fit nobis regeneratio ſi
4 gillum: cuſtodia: ⁊ illuminatio. ¶Dionyſi
us ſcđo caplo eccleſiaſticę hierarchię deſcri
bit ſic Baptiſmus eſt p̄ncipiũ ſanctiſſimo
rum mãdatoꝝ ſacrę actionis: ⁊ ad alioruꝫ
diuinoꝝ mandatoꝝ ⁊ ad actionũ ſuſcepti
uam opoꝛtunitatẽ: formãs noſtros aïales
habitꝰ ad ſupcęleſtis q̇etis anagogen nr̃m
iter faciẽs ſacrę ⁊ diuiniſſimę noſtrę regene
rationis traditio ¶Sꝫ beatꝰ Augꝰ. videtur
5 magis ꝯuenire cũ mgr̃o. Dicit eñ definien
do baptiſmũ. ꝙ eſt tinctio in aqua ỽbo vi
Nõ.4 te ſanctificata. ¶Quarto circa has definiti
ones eſt notandũ. ꝙ definiẽdo terminos cõ
notatos ſępe cauſam ponimꝰ p ſuo effectu
quę tñ nõ in recto de ſuo effectu verificatur
In ſili ¶Ut dicimꝰ. ꝙ ira eſt ebulitio ſanguis cir
ca cor. ⁊ tñ falſum eſt dicere ꝙ ebulitio ſan
guinis eſt ira: cũ illa ebulitio nõ ſit niſi ſan
guis. vel eiꝰ motus q̇ eſt in eo. Et manife
ſtum eſt ꝙ ira nec eſt ſanguis nec aliq̇d qđ
eſt in ſanguine: cũ ſit in appetitu ſenſitiuo
vel iraſcibili rõnali. ¶Et ideo tales locuti
2 ones doctoruꝫ ſunt cauſales ⁊ ponunꝛ loco
aliaꝝ definitionũ ſupplendaꝝ ad ĩtellectũ
dicẽtis. Uñ ira dꝛ ebulitio ſanguinis ⁊c. i.
eſt paſſio ꝓueniens immediate ex ebulitio
ne ſanguis circa cor. Et plurima talia ſunt
in moralibꝰ ⁊ naturalibꝰ: etiã in logica ⁊ ar
tibꝰ. ⁊ ſimili modo loquunꝛ cõiter ſcię ſacrę
¶Quo p̄miſſo poſſumꝰ catholice cõcedere
Cõclo.1 has ꝓpoſitiões. Prima ꝙ baptiſmꝰ nõ eſt
aqua ſiue ſit ꝯſecrata ſiue non. patet. quia
q̄uis aqua ſit materia baptiſmi: tñ cũ non
ſit forma baptiſmi nec eã includẽs non po
teſt baptiſmꝰ dici aqua. Nã integratuꝫ ex
pluribꝰ nõ eſt aliqđ coꝝ ex quibꝰ integraꝛ.
ſicut totũ nõ eſt ſua ps. Uñ in forma põt
ſic argui. Nihil qđ ꝯſtituiꝛ ex aqua ⁊ aliq̇
alio eſt aqua. hęc ptꝫ. qꝛ totũ aggregatum
nõ eſt aliqđ coꝝ ex q̇bꝰ integraꝛ. Et tũc ſb
ſumiꝛ minor. ſꝫ baptiſmꝰ ꝯſtituiꝛ ex aqua
⁊ aliquo alio. ſ. ex formali exp̄ſſione actus:
⁊ inuocatõe trinitatꝭ. quia ſine illis nec aq̄
nec ablutio in ea eſt ſacramentũ. igitur ⁊c.
¶Scđa ꝯcluſio. nec baptiſmꝰ eſt ablutio Cõlco.2
in aqua. patet ſicut p̄cedens. qꝛ ablutio eſt
ps baptiſmi. Eſt eñ materia ꝓpinqua q̄
fit baptiſmus: ſicut aqua dꝛ eiꝰ materia re
mota. ¶Tertia. nec etiã vocalis prolatio Cõclo 3
actus baptiſandi cuꝫ exp̄ſſione nõis trini
tatis eſt baptiſmꝰ. Patꝫ ſicut p̄ma. qꝛ illa
non eſt niſi formale baptiſmi. ⁊ g̃ ſi deeſſet
materia: nunq̄ꝫ ea poſita poneret baptiſmꝰ
vt ſi q̇s non abluẽs paruulũ diceret. Ba
ptiſo te in nõie p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti. patꝫ ꝙ
falſum diceret ⁊ ꝙ ſacramentũ nõ traderet
¶Sꝫ diceꝛ Quid g̃ eſt ſacramentũ baptiſ 1
mi? Rñdeꝛ ꝙ illud vere eſt ſacr̃m baptiſmi
qđ eſt cõpletũ ſignũ mũdatiõis aïę interi
oris p infuſionẽ gr̃ę. ¶Et ſi quęraꝛ. q̇d ſit il 2
lud. Rñdeꝛ ꝙ illud eſt ablutio exterior fcã
p aquã: ⁊ exp̄ſſio actꝰ baptiſandi ĩ nõie tri
nitatis. quoꝝ p̄mũ ſe habet p modũ mate
rię in qua ꝯſiſtit ſacramentũ. Scđm p mo
dum formę. vñ vnũ coꝝ ſine alio: ſicut nõ
eſt baptiſma: ita nõ eſt ſignũ ablutionis i
terioris p gratiã. ¶Ex quo patet quarta cõ cõclo 4
cluſio: ꝙ baptiſmus ẽ ablutio exterior cor
poris p aquã debita intentiõe facta: et ex
pręſſio actus baptiſandi cũ inuocatiõe ex
plicita trinitatis circa materiã aptã. Patꝫ
ex dictis. quia illud eſt completũ ſignũ in
ſtitutũ ab eccleſia ſiue a deo ablutionis in
terioris ⁊ g̃ hoc eſt ſacramentuꝫ baptiſmi.
¶Scđo. quia his poſitis poniꝛ baptiſmꝰ. pbaꝛ.2
⁊ quodlibet hoꝝ ablato: nõ eſſet baptiſmꝰ
ergo baptiſmꝰ eſt illa ſimul. igiꝛ ⁊c. ¶Et ter pbaꝛ.3
tio. qꝛ oratio ꝯuertibilis cũ baptiſmo: da
ta p om̄es cauſas eiꝰ eſt bona deſcriptio ba
ptiſmi. ſed hęc eſt hmõi. igiꝛ Maior nota
eſt. Minor ptꝫ quo ad p̄mã partẽ. qꝛ vbi
cũq̄ꝫ hęc repiunꝛ: ibi repitur baptiſmus. et
vbi non: ibi non repitur. Si eñ non eſſet
ablutio ⁊c. nõ eſt baptiſmus. Et ſi eſſet ab
lutio ſine debita intentiõe. vt ſi verba quis
deriſorie diceret abluẽdo p aquã ſine intẽ
tione baptiſandi. Baptiſo te ⁊c. nullꝰ dice
ret talẽ baptiſare. Itẽ ſi ablutio eſſet ⁊ intẽ
tio adeſſet: ſꝫ verba deeſſent: nõ eſſet baptiſ
mus. ¶Et q̄rto ſi ỽba ⁊ alia adeſſent ⁊ ma
teria apta nõ eſſet: nõ eſſet baptiſmus: vt pbaꝛ.4
ſi q̇s abluẽdo lapidẽ dicerꝫ. Baptiſo te ⁊c
cũ intẽtiõe baptiſandi: ipſe nõ baptiſaret.

eo ꝙ materia ſubiecta nõ eſſet apta. Nũc
Defini/ p hec ad diffinitiões doctoꝝ. ¶ Prima ei de/
tio pma finitio mgri eſt materialis dicẽs ſic. eſt tin
ctio corꝑis exterioꝛ ſb forma vboꝝ pſcripta
Et debet ſic accipi. eſt ſacrm qḋ ꝯſtat in tin
ctione exterioꝛi corꝑis ꝑ quã debita intẽtio
ne facta ⁊ forma vboꝝ pſcripta. i. in expſſio
one actus baptiſandi ⁊ ei⁹ q̃ baptiſaẜ cum
inuocatiõe trinitatis circa debitã materiã.
2 ¶ Uel ſi nõ volueriſ ꝙ ponaẜ ſacrm. tunc di
caẜ mõ pus poſito. eſt tinctio corꝑis exteri/
oꝛ facta ꝑ aquã debita intẽtione ⁊ expſſio
act⁹ baptiſandi ⁊ baptiſati cũ inuocatione
trinitatiſ circa aptã materiaꝫ. ¶ De qua eſt
Cõclio 5 qnta cõcluſio ⁊ rñſalis hec. ꝙ hec eſt bona
deſcriptio baptiſmi. pꝫ ex dictiſ in qrta cõ/
arg. ꝯ. 1. cluſione. ¶ Sꝫ ꝯtra dicet. qꝛ diffinitio mgri
nõ daẜ ꝑ veꝝ gen⁹. g̃ nõ valet. tenet ꝯñtia
qꝛ diffinitio debet dari ꝑ gen⁹ ⁊ differẽtiã. vi
topicoꝝ. Añs pꝫ. qꝛ baptiſm⁹ cũ ſit ſignũ
qꝛ ſacrm. eſt de ad aliqd. ⁊ tinctio de actiõe.
Argu. 2. ¶ Scdo. qꝛ alie diffinitões nõ videnẜ cum
iſta ꝯcurrere q̃ tñ ſunt bone. g̃ iſta nõ eſt bo
na. ꝯñtia tenet. qꝛ vni⁹ nõ eſt niſi vna diffi
Argu. 3 nitio. ij. poſterioꝝ. ¶ Tertio qꝛ tinctio tran
ſit ⁊ ſacrm nõ. igiẜ. ꝯñtia nota eſt. et maioꝛ
etiã. Sꝫ minoꝛ eſt beati Auguſtini dicẽtiſ
de baptiſmo. Sacro ſemel habito nũq̃ eo
Argu. 4 q̃s carebit. ¶ Quarto. ſacrm illud eſt aqua
g̃ nõ eſt illa ſimul. ꝯñtia tenet. qꝛ illa vt di
ctũ eſt nõ ſunt aq̃. Et añs pꝫ. qꝛ illud ẽ ba
ptiſm⁹ qḋ habet vim regenerãdi. mõ h̄ eſt
aqua: ꝑ Bedã Luc. ij. dicentẽ. ꝙ xps tactu
ſue mũdiſſime carnis dedit vim regenerati
Argu. 5 uam aq̃s. ¶ Quinto. qꝛ demon poſſet itin
gere ⁊ illa vba pferre. q̃ tñ nõ videẜ bapti/
ſare. Et ꝯfirmaẜ de angelo bono. q̃ vtrũq̃ ta/
lia põt ⁊ nõ põt baptiſare: cũ nõ habeat re
argu. 6 generare in ecclia militãte. ¶ Sexto. ſi intẽ
tio baptiſantis reqrereẜ. ſequereẜ ꝙ quilibꝫ
deberet ambigere vtꝝ eſſet baptiſat⁹. falſi/
tas ꝯñtis ſupponiẜ. ⁊ ꝯñtia pꝫ. qꝛ intẽtio
baptiſantis eſt ei ignota ⁊ oib⁹ hoib⁹. ſed
eſt ſoli dño manifeſta q̃ ſcrutaẜ corda. Ad
Ad 1 hmõi rõnes rñdeẜ facile. ¶ Ad pmã. ꝙ i de
finitiõe accidẽtiũ nõ oportet põnere veruꝫ
gen⁹. ſꝫ loco generiſ poniẜ ſubiectũ. vt ſimũ
diffiniẜ ꝑ naſum: vt habeẜ. vij. metaphiſice.
Sic cũ accidat aq̃ ⁊ vbis vocalib⁹ ꝙ ſint
ſacrm. qꝛ h̄ habent ex diuia inſtitutõe: ſuf/
ficit ꝙ ipa exꝑmanẜ cũ his q̃ illa cõnotãt.
2 ¶ Uel dic ꝙ in diffinitiõe cauſali ſufficit po
nere cauſas ꝯuertibiliter. nec oportet pone
re veꝝ gen⁹ ſpãliter nominũ artificialium
ſꝫ ſufficit ponere aliqd loco generiſ vt dom⁹
eſt res artificialis cõpoſita vt cooperiat ſua
ꝯtẽta diuerſa ab impſſionib⁹ aeriſ. vel ꝙ po
naẜ ſubiectũ reꝝ artificialiũ: vt phiola au/
rea eſt aurũ ſic figuratũ. Qḋ aũt dicit phs
ꝙ diffinitio ſit dãda ꝑ gen⁹ ⁊ ꝑ differẽtiam
intelligiẜ de diffinitiõe q̃ddĩtatiua ⁊ eſſentia
li: q̃ in accidẽtib⁹ nõ habet locũ: vt pbatur
vij. metaphiſice. ¶ Ad ſecundã. ꝙ alie diffi/ Ad 2
nitiões baptiſmi debite intellecte ꝯcurrunt
cũ iſta q̃ ad ſuppoſita ꝑ quib⁹ ſupponunt
qꝛ ꝯuertunẜ cũ iſta. q̃uis aliud cõnotent.
qꝛ ꝑ diuerſa genera cauſaꝝ danẜ. Nec eſt ĩ
couenienſ ꝙ vni⁹ ſint plures diffinitiones
cauſales. ¶ Ad tertiaꝫ. ꝙ recte ſicut tinctio Ad. 3
tranſit: ita ſacrm trãſit. ſꝫ Aug⁹. vult dice/
re ꝙ ſꝑ maneat baptiſm⁹ quo ad characte
rem quẽ impmit aie. q̃ caracter cũ nõ ſit vi
ſibile ſignũ: nõ eſt ꝑpꝛie baptiſm⁹: ſed ba/
ptiſmo annexũ. Uñ dicũt mlti: ⁊ eſt bñ di
ctum extẽſione nõis. ꝙ i baptiſmo aliquid
eſt tm̃ ſacrm ſiue ſignũ. ⁊ h̄ ſine dubio eſt ꝑ
pꝛie baptiſm⁹. ⁊ illud diffinit mgr. Aliud ẽ
tm̃ res vt inuiſibilis gra. Et tertiũ ẽ ſimul
res ⁊ ſignũ: vt character impſſuſ. Et de hoc
tertio dicũt Auguſtinũ eſſe intelligẽdũ. et
ſic veꝝ eſt ꝙ baptiſatus eo nunq̃ carebit.
Sꝫ ſcias ꝙ ſcdm ⁊ tertiũ nõ ſint ꝑpꝛie bap
tiſm⁹ vel ſacrm ſꝫ baptiſmo annexa. ¶ Ad Ad. 4
quartã. negatũ eſt añ ꝙ ſacrm ſit aq̃. Ad ꝑ
bationẽ. nõ oẽ illud eſt ſacrm qḋ hꝫ vim
regenerãdi ſꝫ forte eſt aliqd ſacri. Sic nõ
oẽ illud eſt dom⁹ qḋ habet vim coopiẽdi
ſꝫ bñ eſt aliqd domus. Illa em̃ ſunt baptiſ
mus q̃ ex inſtitutõe diuina ſufficiũt ad ge
nerandũ nouuꝫ hoiem ꝑ grãm. q̃ nec ſunt
aqua ſeoꝛſum: nec vba ſeoꝛſum. ſꝫ ipa ſimẜ
cũ intẽtione h̄ faciẽdi debite materie appli/
cata. ¶ Ad qntã ꝙ demon de potẽtia dei oꝛ/ Ad 5
dinata neqt hr̄e intentionẽ rectã: ſcꝫ gene/
rãdi nouũ hoiem ꝑ grãm. Et ſi dicas ꝙ de
us poſſit ei de potẽtia abſoluta tribuere re/
ctã intẽtionẽ. Rñdeẜ. ꝯcedẽdo. ⁊ ꝙ etiã ita
poſſit ei tribuere intẽtionẽ ⁊ vim baptiſan/
di. ¶ Ad ꝯfirmationẽ. ꝙ de potẽtia dei oꝛdi/
nata angel⁹ bon⁹ neqt hr̄e intẽtionẽ regene Ad ꝯfir.
randi cõiter. qꝛ de⁹ illã cõmiſit miſtris eccle
militãtis. põt tñ de⁹ ex aliq̃ cã ſpeciali ange
lo bono ꝯmittere illud op⁹. ⁊ tũc i illo caſu
angel⁹ poſſet baptiſare. ſicut legiẜ ſanct⁹ mi
chael in mõte gargano ſuã ecclíam ꝯſecraſ
ſe dei munere ſpãli. ¶ Ad ſextã. negeẜ ꝯñtia Ad. 6

quia intẽtio hoīm indicat̃ ex ꝟbis. ⁊ ꝙ q̄uẽ
videmus ſerioſa mẽte: vel mō veraci ea ꝟ/
ba exꝑmere. debem⁹ ſupponere eundez hr̃e
rectã intẽtionẽ baptiſandi. nec de hoc aliq̄s
Inſtan. ſolit⁹ eſt dubitare. ¶ Forte dices. Pone ꝙ
nō intẽderet baptiſare. ſʒ hoc tãtũ fingeret
Solo. malicioſe. ¶ Rñdet̃ ꝙ in tali caſu nihil hu
ic noceret q̄ baptiſatur. q2 credit̃ ꝙ deus eũ
baptiſmo flaminis baptiſaret. null⁹ enim
recordat̃ de his q̄ ſibi fiebãt infanti. ⁊ tñ ſi/
Nota 2 ne ꝑiculo credit ſe baptiſatũ. ¶ Recte ſimi/
li mō ſumẽda eſt illa dꝭfinitio beati Augu
ſtini. ſ. Eſt aqua ꝟbo vitę ſanctificata id eſt
ad ſacrm̄ qḋ ꝯfert̃ ꝑ aquã intẽtione recta. ⁊
ꝑ ꝟbũ vitę. i. natũ ſpũaliter viuificare ex in
ſtitutiõe diuina circa aptã materiã ⁊ in ea
hoc aũt vitę ꝟbum eſt inuocatio trinitatis.
Nota.3 ¶ Tertio recte ſili mō ſumit̃ dꝭfinitio hugo
nis. Eſt em̄ definitio cõpoſita ex materia
li ⁊ formali. Materia tãgit̃ cũ d2: eſt aqua
Forma tãgit̃ cũ ſubdit̃: ꝑ ꝟbũ dei Finis a q̄
d2 dꝭfinitio formalis cũ d2. diluẽdis crimi/
nib9 ſanctificata. Deletio eĩ criminũ finis
eſt baptiſmatis. Et debet ſuppleri ſic ꝑma:
ꝙ eſt ſacrm̄: qḋ fit ꝑ aquã ⁊ ꝟbũ dei exꝑſſi/
uum trinitatꝭ ad deletionem criminũ circa
Nõ.4 aptã materiã. ¶ Quarto. dꝭfinitio Dama
ſceni dat̃ ꝑ ea q̄ facit in nob baptiſm⁹. ꝑ ꝑ
mũ videlicet ei⁹ effectũ ⁊ poſteriores. Vñ
debet ſic exponi. eſt ꝑncipiũ alteri⁹ vitę. ſ. ſpi
ritual̃. q̄ altera eſt a naturali. ꝑ quã ꝑmiti
as ſpũſſcĩ accipim⁹. i. ꝑma ĩ nob ſpũſſci do/
na gratũ facĩctia. q̄ ſunt: filiatio adoptiua
nr̃a ad deũ. Jō dicit ꝙ fiat nobis regenera
tio. ſ. in filios dei Sigillũ inq̄ʒtũ ꝑ graʒ ſpi
ritus habem⁹ ſilitudinẽ ad deũ. Cuſtodia
inq̄ʒtũ ꝑ eũ in eſſe filiali ꝯſeruamur. Illu/
minatio. q̄ʒtũ ad actionẽ cui⁹ gra eſt ꝑncipi
um: vt ſit ſenſus dꝭfinitiõis. Q2 baptiſm⁹
ſit ꝑncipiũ vitę ſpũalis ꝑ quẽ ꝑmitias ſpi/
ritus accipim⁹. ⁊ ipe ſit nob regeneratio. q2
ꝑ eũ filij dei ꝯſtituimur. Itẽ ſigillũ inq̄ʒtum
ꝑ eũ accipiẽdo grãm deo regenerãti ſimila/
mur. Cuſtodia. ꝓut ꝑ eũ in vita ſpũali con
ſeruamur. Et illuminatio inq̄ʒtũ ꝑ grãm il
lam coopantẽ ad opa meritoria dirigimur
Nota.5 ¶ Quinto dꝭfinitio ſancti Dionyſij ſic debʒ
intelligi. ꝙ illud qḋ in fine ponit̃: loco dꝭfi/
niti accipiat̃. ſic ſcʒ traditio ſacrę ⁊ diuiniſſi
mę regeneratiõis. i. baptiſm⁹. q2 illa orõne
circũloq̄tur baptiſmũ. ¶ Tũc ſequit̃ dꝭfini/
tio. ꝙ eſt ꝑncipiũ ſanctiſſimoꝝ mãdatoꝝ
ſacrę actiõis. In q̄ oñdit ꝙ baptiſm⁹ ſit ia

nua omniũ ſacramẽtoꝝ ¶ Vocat̃ aũt actio
nes ſacras: actiões hierarchicas: quę ſunt
purgare: illuminare: ⁊ ꝑficere. q̄ fiũt ĩ eccle
ſia pcipue diſpẽſatiõe ſacramẽtoꝝ q̄ ſunt
nobis datę ſub ꝑcepto. Et ad has ianua ẽ
baptiſmus Jō dicit ꝙ ſit ꝑncipiũ: q2 ꝑmũ
ſacramẽtũ eſt ⁊ ianua ſanctiſſimoꝝ mãda/
toꝝ. ſ. actionũ hierarchicaꝝ nobis manda
taꝝ. ſ. ſacrę actiõis hierarchicę: vt purgati/
onis: illuminatiõis vel ꝑfectiõis. hoc aũt
cõpetit baptiſmo inq̄ʒtum grãm tribuit et
characterẽ. quib9 hō reddit̃ idone⁹ ad alio
rum ſacramẽtoꝝ receptionẽ. ¶ Vñ ſbdit. ꝙ 3
format nr̃os aĩales habit⁹. i. vires ſiue po/
tentias anĩę ad ſuſceptiuã opoꝛtunitatẽ. i.
vt ſint aptę recipe. ad alioꝝ diuinoꝝ man
datoꝝ ⁊ actionũ. ſ. ad alioꝝ ſacramẽtoꝝ ⁊
ſuoꝝ opeꝝ receptionẽ ⁊ ꝯſecutionẽ: q̄ nulli ĩ
eſſe ꝑñt nec comitti vl̃ ꝯferri niſi baptiſato
¶ Faciẽs iter noſtꝝ. i. ꝑparãs nob ꝯtẽplati 4
onis viã. ¶ Ad anagogen. i. ſurſum ducti/ 5
onem ſupceleſtis q̄etis. q̄ ꝯſiſtit in ꝯtẽpla/
tione ſpũaliũ. Vt ſit ſenſus dꝭfinitiõis. ꝙ
traditio ſacrę ⁊ diuiniſſimę regenerationis
in baptiſmo eſt ꝑncipiũ ſanctiſſimoꝝ mã/
datoꝝ ſacrę actiõis: formãs nr̃os aĩmales
habit⁹ ad ſuſceptiuã opoꝛtunitatẽ alioꝝ
diuinoꝝ mãdatoꝝ ⁊ actionum: faciẽs iter
noſtꝝ ad anagogen cęleſtis q̄etis. ¶ Quę Nota6
duę vltimę dꝭfinitiões damaſceni ⁊ dioni
ſij magꝭ exꝑmũt effect⁹ quos baptiſm⁹ fac
⁊ fines ad quos inſtitut⁹ eſt: q̄ʒ baptiſmuʒ
dꝭfiniãt. q̄ʒuis ꝑ dꝭfinitiõib9 formalib9 po/
terint acceptari. eo ꝙ dant̃ ꝑ cãm finalem.
vere em̄ bonę ſunt ſʒ ꝓlixę ⁊ obſcurę. Hęc de
q̄dditate baptiſmi. ¶ Si forte dicat̃ ꝙ q̄ñ/ Inſtãtia
q̄ʒ gra dat̃ añ baptiſmũ. filr̃ ⁊ ꝑmitię ſpũs ſoluitur.
⁊c. Rñdet̃. veꝝ eſt añ ſuſceptionẽ ſacramẽti
ſʒ nō añq̄ʒ hō habeat acceptiõis ei⁹ ꝓpoſi/
tũ vel volũtatẽ. ſaltẽ in genere vel ĩ ſpecie. ⁊
ita adhuc oĩm taliũ ꝑncipiũ eſt baptiſm⁹

## Quantum ad ſe/

cundũ articulũ reſtat videre de materia ĩ q̄
fit vt ei⁹ pte. q2 materia circa quã fit vt cir/
ca ſubiectũ recipiẽs: eſt ipe hō: ꝓut notum
eſt. Eſt aũt duplex baptiſmi materia. ſcʒ ꝓ
pinqua. q̄ eſt coꝛpis ablutio. Et remota: il
lud in q̄ fit ablutio. manifeſtũ eſt em̄ ꝙ ſic
mot⁹ ꝓſupponit mobile: ita ablutio ꝓſup/
ponit id q̄ coꝛp⁹ abluit̃. nã id q̄ fit ablutio
localit̃ mouet̃ circa id qḋ in eo abluit̃. vl̃ id

qđ abluit in ipo. Dicendū est aūt pͥncipa/
liter de illa materia in q̄ debet fieri corporis
Cōclo mſalis ablutio. ¶Quo pmiſſo eſt ↄclo mſalis
hec. Sicut baptiſmus in aq̄ elemẽtari pt
ↄferri: ita nullo alio liq̄re fieri valet. Pri/
ma ps ſimiliter ꝛ ſcđa patet Joh. iij. vbi di
cit ſaluator. Niſi qs renat⁹ fuerit ex aqua
nō pōt introire in regnū dei. vbi qꝛ excepti/
ua eſt ꝓpoſitio q̄ ſic exponiť. Oīs q̄ non eſt
renat⁹ ex aqua ꝛc. innuiť ꝙ ver⁹ baptiſm⁹
apiēs hoī regnū dei pōt ↄferri in aqua. Et
qꝛ null⁹ ali⁹ humor ab aqua eſt aq̄. in nul
lo alio humore pōt fieri. qꝛ lot⁹ in alio hūo
re nō eſſet renat⁹ ex aqua. ¶Et ꝙ ita neceſ/
1 ſe ſit: ptꝫ. qꝛ dn̄s tactu ſue mūdiſſime car/
nis ita fieri voluit vt dicit Beda Luce. ij
2 ¶Et ꝙ ↄgruū fuerit patꝫ: qꝛ baptiſm⁹ ab/
luit ſordes mētis. Scđo remittit fomiteꝫ
Tertio vitā ſpūalē cōfert. Quarto ꝟtutes
ſiue dona ſpūſſancti ꝛ dona ꝟtutū opa que
manifeſte ꝛ ↄgruiſſime exꝑmunť in aqua.
Primū qꝛ rōne humilitatꝭ abluit. Scđm
qꝛ rōne frigiditatis calorē remittit Tertiū
rōne ſue ſube terrā viuificare facit. Et q̄rtū
qꝛ naſcētib⁹ ꝟtutē tribuit. Uel ſic. quia ba
ptiſm⁹ purgat. ſic aqua humida. Secun/
do. qꝛ fomitē refrenat. ſic aq̄ frigida. Ter/
tio. qꝛ ſic baptiſm⁹ illuminat p ꝟtutū dona
ſicut illuminať aqua cū ſit traſparēs ꝛ dia
Corre. I. phana. ¶Correlariū. Baptiſm⁹ pōt fieri i
aqua maris. in aq̄ lutoſa: in aqua calida:
ꝛ in aqua ſulphurea. qꝛ nullū iſtorūꝫ tollit
ſpeciē aque. Ueꝝ eſt tn̄ ꝙ bn̄ ↄgruum eſt ꝙ
habeať aqua dulcis ꝛ mūda ſi poſſit habe/
ri ꝑpter puritatē quā exprimit baptiſmus
Corre. 2 ¶Scđm correlariū. Si mixtio tolleret ſpe
ciem aque: nō poſſꝫ i tali mixto fieri baptiſ
mus. h̄ etiā ꝓfitet ſanct⁹ Tho. in ſcpto ſuo
ſup quartū. diſ. iij. Et eſt manifeſtū. qꝛ qđ
Corre. 3 differt ſpecie ab aqua: nō eſt aqua. ¶Uñ i
aqua roſacea ꝛ ↄſimilib⁹ nō pōt fieri. qꝛ ſm
phos talia vt cōiter ſunt eiuſdē ſpeciei cuꝫ
humore a q̄ reſoluunť. ꝛ ſic nō ſunt de ſpecie
ſpecialiſſima aq̄: q̄re neq̄t in eis fieri baptiſ
Dubiū incidēs mus. ¶Sꝫ dubiū eſt. vtꝝ poſſit fieri i lixi/
uio: vtꝝ in ptiſana: vtꝝ in ceruiſia: vtrum
in aqua fluēte multū mixta cū arena: vtrū
Solo in aqua decoctiōis carniū: vtꝝ in aqua re/
ſoluta ex niuib⁹: glacie vel grādine: ¶Ad
hec ꝛ ↄſimilia dubia dicendū eſt ꝑ regula
generali. ꝙ in quocūqꝫ mutať ſpēs ſubalis
aque: in his nō pōt fieri. Pri⁹ em̄ dictū eſt:
ꝙ debeat fieri i aqua. nō ſpecie reſoluta nō

eſt aqua ¶Ex quo ſequiť ꝙ nō eſt tutū fie/ Corre. 1
ri in aqua bulita cū alio. qꝛ neſciť ſi ex inſi/
mul bulitētib⁹ vi caloris ꝛ influentiaꝝ fcm̄
ſit mutatū ſubſtātialiter differēs ab aqua
¶Scđo ſequiť. ꝙ in ſudore vel vrina fieri Corre. 2
nequit. qꝛ cū hec fiāt ex ſupfluo ſcđe dige/
ſtionis: vt vrina. vel tertie digeſtionis: vt
ſudor. nullo modo ſūt aqua: cū nō ſint ab
aqua reſoluta. ſꝫ ex humore digeſtionis ſe
cūde vel tertie. ¶Sꝫ pticulari⁹ deſcēdēdo de lixiuio
ad ea que mouent de lixiuio. videť ꝓbabile
ꝙ ſit ſubſtātialiť aqua. qꝛ trāſitus feſtinus
p cineres licet cōmixtione partiū aduſtaꝝ
inducat aque ſalſedinē: nō tn̄ videť muta/
re ſpēm. Sicut nec aqua ſulphurea q̄uis
trāſeat p venas terre ſulphureas. ꝛ ea rōne
recipit admixtionē partiū aduſtarū. tn̄ nō
videť deſinere eſſe aq̄. eſto ꝙ ex eis fiat ſalſa
Et aqua maris eſt vera aqua. q̄uis ꝑpter
admixtionē terreſtreitatū aduſtaꝝ ſit ſalſa
Tutius tn̄ eſt in aqua pura. ¶De ptiſana De pti/ſana
nō eſt tutū. qꝛ dubiū eſt an ſit aq̄ vl' mixtū
Et ſi dicať ꝙ ieiunātes in pane ꝛ aqua ea
vtunť. Dicendū eſt ꝙ etiāſi mixtū eſſet: eis
videť licere. eo ꝙ nihil intrat niſi bladum
ſcꝫ hordeuꝫ ꝛ aqua. quib⁹ ambob⁹ poſſunt
vti ſicut pane ſimplici ꝛ aqua non mixta.
¶Eodē mō reputo de ceruiſia q̄tūcunqꝫ te/
nui. ꝙ nō ſit tutū. qꝛ dubiū eſt an mixta ſit
Et de plurib⁹ ceruiſijs non videtur dubiū
quin ſint mixte: puta que manent in vigo
re ſine putrefactione multo tempe Nō em̄
dubiū eſt ꝙ aqua hoc non poſſet: etiā ſal/
ſa. Et ſi dicať ꝙ quidā vtunť indifferenter
qualibet ceruiſia: voto debentes ieiunare i
pane ꝛ aqua. ergo videť ꝙ ceruiſia ſit aqua
Rn̄detur ꝙ ↄſequētia nō valet. qꝛ opinio
eoꝝ non ſeruat in talib⁹ aquā in ſua ſpecie
videant aūt ſibi tales an votū adimpleāt
De aqua mixta cū arena non videť dubiū
non em̄ eſt cōtraria arena aquis: niſi in ſic
citate: que lentiſſime eſt actoīs. Uñ q̄diu
manet aqua fluida: non eſt in terrā vel in
arenā tranſmutata. Ad aliud de aqua de/
coctionis carniū: dicať ſicut de ptiſana. De
aqua reſoluta ex niuib⁹: glacie vel grādine
non videť dubiū. quia aqua congelata et
degelata ſpecie eſſentiali no differut. ¶Sꝫ Argu. 3
arguit ↄtra ſecundā partē cōcluſionis. vi/
detur ꝙ poſſit etiā fieri in alio liquore q̄ in
aqua. quia aqua que fluxit de latere chriſti
ſignificans baptiſma non fuit elemētaris
igitur. tenet ↄñtia. ex q̄ repſentabat materi

am baptiſmi. Et añcedens patet. quia aq
elementaris non inuenit in corporibꝰ hu/
Solo. manis. ¶ Rñdetur hic ꝛ credo ꝙ ſimplicit
ſit ꝓbabile. ꝙ aqua que fluxit de latere xpi:
fuit vera aqua ſubſtantialiter. alis textus
Johis. xix. dicens ꝙ exiuit aqua: eſſet fal/
ſus. quia ſicut hydor ſuper ſanguinem non
eſt aqua vera ſed equiuoce ꝛ analogice. et
talia analoga vocabula non pdicantur ve/
re p ſe ſumpta: niſi de ſuo ſignato principa
li: vt aqua roſacea non eſt aqua: ſed aqua
roſarum vel ſimilis aque. ita illa aqua ni
ſi fuiſſet ſubſtãtialiter eiuſdẽ ſpeciei cuꝫ aq
2 elementari: nõ fuiſſet aqua. ¶ Et hoc ex ra
tione naturali. quia etiã ſanguis qui exiuit
per miraculũ exiuit. Cũ enim apertũ fuerat
latus dextrũ ſaluatoris duduꝫ mortui: pa
ter ſcientibꝰ philoſophiã: ꝙ ibi nullũ mẽ/
brum fuit qđ potuiſſet ſaluare ſanguinem
fluidum. q̃uis forte cor potuiſſet quod eſt
in ſiniſtro latere. Hoc de ſecundo articulo.

Quantum ad ter
tium articulũ videndũ eſt. Utrũ tam actꝰ
expreſſio q̃ꝫ trinitatis inuocatio ſine expreſ
ſio neceſſario aſſit? Ubi primo ſciendũ eſt.
ꝙ forma eccleſie romane eſt. Ego baptiſo
te in nomine patris ꝛ filij ꝛ ſpũſſancti. In
qua forma cũ dicit Ego baptiſo: innuitur
actus regenerationis. In hoc quod addi/
tur. te: perſona baptiſmũ recipiens Et in hꝫ
quod dicit In nomine patris ꝛc. patet in/
uocatio trinitatis: interiorẽ anime purga/
tionem miſericorditer atqꝫ potenter ſua vi
operantis. ¶ Queritur ergo. Utrum hec om/
Cõclo. 1 nia ſint de neceſſitate forme baptiſmi Et q̃
ad hoc eſt prima concluſio hec. Ad admi
niſtrationẽ baptiſmi: neceſſe eſt exprimere
actum baptiſandi ꝛ perſonã que baptiſat:
ex parte forme baptiſmi. Probatur. quia
pro collatione baptiſmi ſunt ea neceſſaria
ex parte forme: ſine quibꝰ ſtante materia ꝛ
adhibita: etiã alijs ſtantibus: non confer
tur baptiſmus. Sed ita eſt de expreſſione
actus ꝛ perſone que baptiſatur. igit. Ma/
ior nota eſt. et minor patet per illud quod
dicit Alexander papa. extra de baptiſmo
ꝛ eius effectu. caplo. Si quis pueruꝫ. Q̃/
ſi quis puerum ter merſerit in nomine pa/
tris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti. ꝛ non dixerit: ego
te baptiſo in nomine patris ꝛ filij et ſpiri/
tusſancti Amen. non eſt puer baptiſatus.

Et hoc innuit forma ſaluatoris Matthei
vltimo. vbi dicitur. baptiſantes. in quo in
nuitur actus. Eos. in quo innuitur expreſ/
ſio perſone ¶ Sed contra dices tu. Si hec Inſtãtia
verba ſunt neceſſaria. vel ergo vt falſa: et
hoc non. quia falſum non intrat ſacramen
tum eccleſie: que ſunt ſigna vera. Ul' vt ve
ra: et hoc non. quia cũ profertur hec oratio
Ego baptiſo te in nomie ꝛc. adhuc ille nõ
baptiſat: ſed ſolum tunc cũ formam cõple
uerit: vt ſupponitur. ergo videtur ꝙ oratio
pro illo tempore nõ ſit vera. ¶ Secundo. Argu. 2.
quia fruſtra proferunt verba ad eum q̃ ea
non intelligit. modo paruulus non intelli
git ſe nominari vel baptiſari. Ergo fruſtra
actus baptiſandi ad eum ſeu ad talẽ voce
exprimitur. Reſpondetur ꝙ hec ſint ſophi
ſtica. Unde ad primũ dicatur ꝙ huiuſmo
di etiã verba ſint neceſſaria vt pars propo
ſitionis vere qua deus inſtituit fieri baptiſ
mum. ¶ Ad improbationẽ dicatur ꝙ cum Ad. 1
proferũtur vera ſint ad intentionẽ loquen
tis. Nam baptiſat non p eo tempore ade/
quato pro quo illa verba profert. ſed p cõ/
plemento ſermonis: ſiue pro tempore qđ i
tendit per illa verba eccleſie. que intelligit:
ꝙ baptiſat pro illo inſtanti pro quo cõple
uit formã verborum cum ablutione exteri
ori. ¶ Et hic modus eſt cõmunis in multiſ 2
locutionibus. Dicimus enim: iſte dies eti
am complet. ꝛ non intendimus ꝙ comple
atur p tempore prolatiõis: ſed inſtanti ter
minante eum excluſiue vel incluſiue: ſicut
placet. vel ꝙ in vltima parte compleat: vl/
tra quam nulla eſt pars huius diei. ¶ Ad Ad 2
ſecundaꝫ negetur maior. quia non fruſtra
fit hoc per quod paruulus ſanctificatur in
fide eccleſie. Non enim ideo fit vt nunc i/
telligat: ſed vt templum ſanctiſpiritus fi/
at. quod illis verbis fieri poteſt in fide ec/
cleſie. ¶ Secunda concluſio. Expreſſio tri/ Cõclo. 2
um diuinarũ perſonaruꝫ: neceſſario ſpectat
ad formã baptiſmi: iuxta formã eccl'ie nũc
currentis. Probatur ſic. quia illud neceſſa
rio requiritur quod deus pro forma bapti/
ſandi expreſſit. ſꝫ deus expreſſit pro forma
baptiſandi inuocatiõem trium perſonarũ
igitur ꝛc. Maior nota eſt. vnde enim ha/
beret baptiſmus virtutem: niſi quia ſic fu/
it ſicut deus euꝫ fieri inſtituit. Et minor pa
tet Matthei vltimo ¶ Secundo ſic. quia ꝓbat. 2
ſine expreſſione diuinarum perſonaꝝ ba/
ptiſmus nullo modo conſequitur effectuꝫ

baptiſmi. ergo neceſſaria eſt ad formaȝ baptiſmi: cum non ſit defectus ex parte materię. Cōſequentia nota eſt. Et antecedēs patet auctoritate Fulgentij dicentis. Myſterium redemptionis nullo modo habetur: ſi patris aut filij aut ſpiritusſancti nomen ſubtrahitur. Et patet cōſequentia de conſecra. diſ. iiij. §. in ſynodo anglorum. vbi Zacharias papa manifeſte approbat ſynodum anglum dicentē. Q, q̄cunqȝ ſine inuocatione trinitatis merſus fuiſſet: ſacramentum regenerationis non habet. Et rō ſua eſt. quia per aliquod nomen de ſancta trinitate non fuerit confeſſus: ſaltem in habitu nequit eſſe perfectus chriſtianus. Ita conſimiliter qui non in omniū trium perſonarum nomine fuerit immerſus: nequit eſſe baptiſatus: cum baptiſmus in eorum nomine atqȝ confeſſione validus ſit ⁊ non aliter.

Argu. 1. ¶ Sed contra dicetur. quia beat⁹ Bernardus in quadam epiſtola ſua quendaȝ qui fuit baptiſatus in nomine dei ⁊ ſanctę crucis: reputat baptiſatum. modo nomen dei non exprimit tres perſonas explicite vt notum eſt.

argu. 2. ¶ Secundo idem videtur velle Nicolaus papa reſpondens ad conſultationem bulgarorū. ⁊ habetur in decretis de conſe. diſ. iiij. ca. A quodam iudeo: dicens. ꝙ ſi illi qui a iudeo baptiſati fuerint: in nomine chriſti baptiſati fuerint: rebaptiſari non debent. modo nomen chriſti non eſt explicite triū perſonarū. igitur ⁊c.

Argu. 3 ¶ Tertio ſic quia ſufficit ſeruare formā a chriſto traditā. ſed vno nomie alicuius perſonę expreſſo: illa ſeruatur. igif ⁊c. patet maior de ſe. Similiter ⁊ minor. quia Matth. vltio docet chriſtus baptiſare in nomine non in nominib⁹. ergo ſufficit exprimere vnuȝ nomen pro ea forma obſeruanda.

Ad i ¶ Reſpondetur ad primā: ſcȝ auctoritatem ſcī Bernardi: ꝙ ibi ꝑ nomen dei intelligit expſſaȝ inuocationē triū perſonarū. Et ita voluit ꝙ hęc additio: ſcȝ ⁊ ſanctę crucis: ſacramētuȝ

Ad 2 baptiſmatis non viciauit ¶ Ad auctoritatem Nicolai papę dicitur. ꝙ hoc dicit: qȝ fortaſſis fuit ei diuinitus reuelatū: ita valuiſſe apud illos interueniēte diſpenſatiōe

Ad 3 diuina nō ex facto humano. ¶ Ad tertiaȝ ꝯcedif maior. ⁊ negaf minor. Ad ꝓbatiōȝ dr̄ ꝙ xp̄s ⁊ eccl'ia dicit in noie: ad exp̄mēdā vnitatē diuię eſſentię: cui⁹ vi celebratur baptiſm⁹. ſȝ tn̄ explicite ſeq̄ debet triū pſonaꝝ ꝯfeſſio. vn̄ q̄ diceret: i noib⁹. nō ꝯferret baptiſmi ſacrm̄: vt vult mgr̄ diſ. iij. c. v. Dicēdū eſt em̄ ſm mgr̄m ibidē. In noie. i. in inuocatiōe ſeu ꝯfeſſiōe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti: q̄ ſunt vnū nomē eſſentiale. qȝ vnus deus Hec de tertio articulo.

Quantū ad quartum articulū videndū eſt de q̄ſito. ſ. Utruȝ ois mutatio i his ꝟbis ſit impedimētū baptiſmatis. ¶ Pro q̄ eſt ꝯcl'io p̄ma hęc. Q, nō ois mutatio eſt impedimētū baptiſmi. ptȝ. qȝ ſi dimitteref ꝓnomē demōſtratiuū ⁊ diceret p̄ſbr. baptiſo te. nō min⁹ eſſet baptiſma. qȝ gręci baptiſant nō exp̄mēdo pſonā baptiſantē: ſȝ paſſiue opratiue: dicēdo. baptiſef ſeru⁹ xp̄i i noie p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſci. vbi illud ꝓnomē ſcȝ ego nō ponif. Sed ꝙ baptiſent ptȝ. qȝ eccl'ia romana nō fac eos ad ecclię vnitatē reuertētes rebaptiſari Similif ſunt mlti caſus alij in q̄b⁹ hmōi ꝟboꝝ mutatio nō impedit baptiſmū: vt inferius dr̄. — Cōclū. 1

¶ Scd'a ꝯcl'io eſt. Aliq̄ mutatio i talib⁹ impedit effectū baptiſmi. ptȝ ex dicī in p̄cedēti articulo. qȝ ſi nō exp̄meref act⁹ vl' pſona q̄ baptiſat: nō eſſet baptiſm⁹. Eodē modo ſi nō fieret in noie trinitatſ: vt dictū eſt. — cōclu. 2.

¶ Sȝ tūc eſt dubiū q̄ mutatio impediat ⁊ q̄ nō. ¶ Pro q̄ eſt aduertendū. ꝙ ſic mutatio eſt in q̄ttuor p̄dicamētis: vt habef in. v. phiſicoꝝ. ſ. ſubſtātia: q̄ntitate: qualitate ⁊ vbi Ita in genere pōt eſſe mutatio i forma baptiſmi. vel quo ad eſſentiaȝ vel quo ad quantitatē dictionū: vel q̄ ad q̄litatē earū vel quo ad ordinē ſitus ⁊ plationis earū. q̄ ordo reducif ad vbi. — dubiū Nota

¶ Quo ad ſubam. ꝙ oia ꝟba tollanf ⁊ alia ponāf: vel ſaltē aliq̄: ⁊ loco eoꝝ ponanf alia. Et hoc pōt fieri dupliciter. Uno mō manēte eadē ſignificatione omnino: vt ſi verba latina mutarenf i alemanica eundē ſenſum exp̄imētia. et ſic non impedif baptiſm⁹. Siue em̄ illam formā in gręco ſiue gallico ſiue in alemanico ꝓferas: ęquo mō baptiſas Et q̄ mihi videtur ꝯcedendū. ꝙ ſi q̄s actū exp̄meret i vno idiomate ⁊ noia pſonaꝝ in alio ꝙ baptiſaret: ſicut obſtetrices ſępe faciūt: proferentes actum ⁊ pſonā in vulgari ⁊ pſonas diuias in latino. dicendo Ich deip h dich in noie patris et filij et ſpiritusſancti — Primo.

¶ Alio modo fit mutatio in ſubſtantia: ſignificatiōe variata. et hoc vel q̄ ad totam formam. Ut ſi loco formę diceret: Aue Maria ⁊c. et ſic — Scd'o

2 non eſt baptiſmus.¶Uel retinetur ſenſus
ſed mutatꝰ modus ſignificandi.ꝛ tunc non
mutat modū exprimendi diuinas pſonaſ
vt ſi diceret.Ego te baptiſo in nomine ge/
nitoris ꝛ geniti ꝛ pcedentis ab vtroqꝫ.et ſic
non baptiſaret.quia forma baptiſmi quā
dominꝰ tradidit Matth.vlti.ꝛ quā nemi
ni inferiori ſine ſpeciali reuelatione ſpiritus
ſancti licet variare: exprimit diuinas per/
ſonas p nomina ꝓprietatū.ſcꝫ patrē: cui
ꝓpria eſt paternitas.ꝛ ita de alijs.non aūt
p relationes originis .ſ. actus notionales
exprimentes.ꝛ ideo non eſſet baptiſmus ex
defectu formę: ſi qs baptiſaret in nomine
3 genitoris ¶Uel mutat modū exprimendi
actū: vt dicēdo.Baptiſet Johes in nomi/
ne prīs ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti: vbi mutatur mo
dus indicatiuꝰ q̄ eſt de more ecclię latinę in
optatiuū qui eſt grecoꝝ.ꝛ ſic ꝓfertur et ē ba
ptiſmus.qꝛ nō refert q̄tum ad effectū: vtꝝ
actus ꝛ pſona vno vel alio modo exꝑmatꝰ
Peccaret tñ grauiter q̄ in eccleſia romana
ſic baptiſaret.quia modū romanę eccleſię
i q̄titate nō ſuaret.¶Scđo modo pōt eſſe mutatio
in q̄ntitate.ꝛ hoc dupl'r.qꝛ vel aliquid ſb/
Primo. trahendo.ꝛ h̄ dupliciꝰ.qꝛ vel ſubtrahiꝰ ali
quid qđ eſt de neceſſitate baptiſmi. puta
actus expſſio vel pſonę quę baptiſatꝰ. ſiue
ſi taceretur aliqua pſona diuina ſecluſa ne
ceſſitate: vt ſi taceret ſpm̄ſctm̄ voluntarie.
vel ſi immergeret ꝛ diceret. Jn nomine pa
tris ꝛc.tacendo actū.ꝛ non eſt baptiſmus
vt dictū eſt in tertio articulo.¶Uerū eſt ꝙ
Nota h̄ multi doctores dicūt ꝙ ſi puer moreretꝰ: no/
minato patre: ꝙ baptiſmus verꝰ eſſet.qꝛ de
us ex pietate ſua h̄ ſuppleret quod deeſſet.
Et ad hoc dicūt eſſe auctoritatē beati am/
broſij an̄ oppoſitū allegatā.Et pie credo ꝙ
ita eſſet.qꝛ videtꝰ renatus ex aqua ꝛ ſpūſcō
Silī modo dicūt ſi baptiſans ꝓlato noīe
prīs non poſſet plus loqui.¶Ueꝝ eſt ꝙ in
Nota hoc caſu infante viuo exiſtēte: tutiꝰ eſt ſua
re circa ipm̄ remediū qđ ponitur extra đ ba
ptiſmo ꝛ eius effectu.vbi docetur eccleſia:
quomō debeat ſe habere circa hos de q̄bus
dubitatur an ſint baptiſati vel non. vt ſi
infantulus inuentitiꝰ repiretꝰ: ꝛ nō appare/
rent ſigna baptiſmatis eiꝰ: debeat ſub ꝯdi/
tione baptiſari.vt ꝙ immergendo dicatur
ſic.Si tu ſis baptiſatus: ego nō rebaptiſo
ſed ſi nō ſis baptiſatus.ego baptiſo te ī no
mine patris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti. Simili
ter fieret: hic deficiente pſb̄ro p aliū pſb̄rm

¶Uel mutatio fieret ſubtrahendo li ego. Nota.
quod non eſt de neceſſitate baptiſmatis.ꝛ
ſic non impeditꝰ effectus baptiſmi.eo ꝙ nō
ſit de neceſſitate formę. q̄uis taliter bapti/
ſans grauiter peccaret.quia modū eccleſię
non ſeruaret.ꝛ potiſſime ſi ex cōtemptu vel
negligentia ſic baptiſaret.¶Secundo mo Scđo
do mutatꝰ quantitas aliquid addendo: et
nihil tollendo.qđ poteſt fieri tripliciꝰ.Pri
mo modo ponēdo ꝯditiōem nō exiſtētem:
vt ſi pſbyter diceret.Ego baptiſo te ſi ſis le
gitime genitꝰ ꝛc.ꝛ nō eſſet puer legitimus
¶Scđo modo addendo particulā: equa/ 2
litatē diuinarū perſonaꝝ vel dignitatē tol
lentem: vt arriani dicebant.Baptiſo te in
nomine patris maioris ꝛ filij minoris ꝛc.
Uel ſi aliquid diceret. Baptiſo te in noīe
patris qui eſt infinitę virtutis: ꝛ filij ꝛ ſpi/
ritusſancti. ¶Uel tertio modo addendo: 3
quod nō derogaret ꝛ vere exiſteret: vt ſi di/
ceret.Baptiſo te in nomine patris omīpo/
tentis ꝛ filij ſapientis. ꝛ ſpiritusſancti cle/
mentis.intentione tali ꝙ nouā formā vel/
let inducere: ꝛ ꝙ crederet primā non ſuffice
re.Et in his tribus caſibus impeditur ba/
ptiſmus.vnde ſic baptiſatus: rebaptiſan/
dus eſt.¶Et ſi queratꝰ q̄re hoc ī tertio caſu Dubiū
Poteſt dici ꝙ ideo.qꝛ credit illud qđ ipſe incidēs
dicit: habere vim ex ſua additione.ꝛ ꝙ illđ ſoluitur.
quod xp̄s ecclię tradidit: non habeat vim
ꝛ ſic non baptiſaret in fide eccleſię. Si au
tem additio nec diſtraheret nec diminue/
ret: ꝛ ſine corrupta intētione: ſꝫ ſimplicita/
te vel deuotione baptiſantis adderetꝰ: non
impeditꝰ baptiſmus: vt ſi completa forma
ecclię ſubderet.ꝛ ſanctę marię vel ſctē crucꝭ
vel ſi diceret ex ſimplicitate. Jn noīe patꝭ
omnipotētis ꝛc. verꝰ eſt baptiſmus.¶Jlla 2
tñ deuotio ꝛ ſimplicitas nō eſt bona. vñ q̄
ſic facit: peccat.eo ꝙ formę ecclię ſupadditꝰ.
ꝛ eſt ſepe additio talis cū falſa opīone tali/
ter baptiſantis.q̄ſi hmōi īuocatio ſctī ali/
quē effectū ꝯferat ad baptiſmū Ul' addat
aliquid ſanctitatꝭ baptiſato: quę falſa ſūt
iuxta prius dicta .quia non poteſt creatu/
ra concreare creatori: vt dictum eſt. ¶Q̄ 3
tamen ſit verus baptiſmus: patet ex epi/
ſtola beati Bernardi.qua illū qui baptiſa
tus fuerat ſic in noīe trinitatis ꝛ ſanctę cru
cis: dicit baptiſatū.¶Tertio mō fit muta In qualitate
tio in qualitate.ſcꝫ dictiones inepte profe
rendo.ſ. incongrue.ꝛ ꝯtingit dupl'r. Uno
modo voluntarię ꝛ malicioſe.et ſic non eſt

baptiſmꝰ.qꝛ non vult ſeruare formā eccꝉie.1
Scđo ¶Scđo modo pōt fieri ex ignorantia vel 1
potentia.⁊ hoc adhuc dupliciter.quia ve
eſt tanta corruptio:vt nec q̄tum ad p̄ma
riam vocū ſignificatōem:nec quo ad vſuſ
accōmodationē intelligit ſenſus q̄ importa
tur ꝑ formā baptiſmi.⁊ tūc non eſt baptiſ
mus.Uel eſt receſſus a vocis p̄maria im/
poſitione.nō tn̄ tanta q̄n q̄ ad vſus accom
modationē ſenſus intelligat:qui habet im
portari ꝑ formā baptiſmi:vt ſi ex ignoran/
tia quis diceret Ego te baptiſo in nomine
patria ⁊ filia ⁊ ſpūſſancta.⁊ eſt baptiſmus
vt baptiſauit p̄ſbꝛ grecus.de quo habetur
3 de conſe.diſ.iiij.c.retulerunt.et dicit papa
fuiſſe baptiſmū.¶Ubi tamen cauendum
videt ne mutet ſingulare in plurale. quia
vt dicit magiſter diſ.iij.c.v.ſi diceret:in no
minibꝫ:vel in nominū:non videret eſſe ba
ptiſmus ꝓpter defectū formę.eo ꝙ li nomi/
4 nibus importaret pluralitatē eſſentiarum
¶Eodē modo videt ſi diceret.in nomīe pa
trum ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. nā videtur forma
ſimpliciter mutata:eo ꝙ iuxta intellectum
5 cōmunē plures ponit patres qui i deo non
ſunt.¶Ego tn̄ non determino hoc.Certum
eſt em̄ ꝙ q̄ ſciēter plurale ꝓferret ꝓ ſingulari
nō baptiſaret.qꝛ baptiſandi formā nō ſer/
uaret.Sꝫ ſi ex ignorātia linguę ꝯtingeret
ei q̄ intēderet id exp̄mere qđ eccl'ia exp̄mit.
licet ſm verꝝ ſenſum forma non ſit:forte de
6 us gratū habet.Cōmitto eccl'ię deciſioni ⁊
ſuperiorꝝ meorꝝ.¶Poſſet tn̄ de taliter bap/
Trāſpo/ tiſato hoc fieri qđ ſupra dictū eſt.ſcꝫ ſb cō/
ſitione. ditione ei ꝯferri baptiſmꝰ iterato.¶Quar
to modo poteſt fieri mutatio i ipiſ ꝑ trāſpo
tionem vel interpoſitionē aliarū vocum q̄
quaſi ſimilis eſt loci mutationi.Primo di
xi ꝙ poſſit fieri ꝑ trāſpoſitionē.qđ iterꝝ con/
tingit dupliciter Uno mō ex certa malicia
⁊ hic nō baptiſat:qꝛ formā eccl'ię ex intenti
one nō ſeruat. Scđo modo ex ſimplicita/
te vel inaduertētia.Et h̄ iterū dupliciť.qꝛ
vel trāſpoſitio mutat ſenſum orōnis: vt ſi
diceret.Ego baptiſo te patris in noīe filij ⁊
ſpūſſancti.vel:ego patris baptiſo te in no
mine filij ⁊ ſpūſſancti.Et ſic iterꝝ nō eſt ba
ptiſmꝰ.qꝛ formę ſenſus eſt mutatus.Alio
modo ſeruato eodē ſenſu vt ſi diceret.Ego
Interpo baptiſo te in noīe filij ⁊ p̄ris ⁊ ſpūſſancti.⁊
ſitione eſt verꝰ baptiſmꝰ.¶Scđo mō dixi ꝙ fiat
mutatio ꝑ interpoſitionē: vt ſi q̄s diceret.
Ego baptiſo te in noīe p̄ris:iſta aqua ē fri
gida.⁊ tūc ſubderet.⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Et
hoc etiā ꝯtingit dupliciter.quia vel ita lō
ga ſit interpoſitio ꝙ modo humano iudi/
catur actus baptiſandi rōnabiliter interru
ptus:tunc oportet formā verboꝝ ab initio
reiterari.quia al's non eſſet baptiſmꝰ.¶Ul' 2
non eſt tanta interruptio q̄n iudicet actus
totus ꝯtinuatꝰ.⁊ tūc ſi interpoſitio nō fiat
in fraudē vel ex malicia:erit verus baptiſ/
mus. Hāc ſniam ꝓ maiori ꝑte ponūt cōit
doctores.quę ⁊ mihi placet. Ideoq ⁊ illaꝫ
ſic tanq̄ ꝓbabilem pono. Hoc de quarto
articulo.

# Ad ratiōes princi

pales. Ad p̄mā ꝙ q̄uis baptiſmus nō ſit
ens:nominaliť ſumēdo ens:eo ꝙ nō ſit ali
quid vnū:eſt tn̄ ens ꝑticipialiter.qꝛ eſt exi
ſtens.Et ideo ꝑticipialiter loquēdo negeť
añs.ꝙ nihil ſit.Ad ꝓbationē diciť ꝙ ſit ſa/
cramentum:qđ ſit ex aqua vt ex materia ⁊
expreſſione actus et perſonę quę baptiſať:
cum inuocatōne trinitatis tanq̄ ex forma
nec oportet ꝙ ex illis fiat vnum ſimpliciť:
ſed ſufficit ꝙ fiat ex eis vnum ſignū totale
mundatione animę interioris per infuſio/
nem gratię ⁊ remiſſionem culpę.¶Secun 2
do etiā dicitur.ꝙ ſicut baptiſmus eſt ſim/
pliciter contingens:ita nihil eſt de eius ne/
ceſſitate ſimpliciter. Sed ea quę in ter/
tio articulo dicta ſunt eſſe de eius neceſſita
te:intelligūtur eſſe de eius neceſſitate con/
ditionata.ſic videlicet ꝙ ſi debeat eſſe ba/
ptiſmus:ea concurrerent vel ꝙ non ſtat de
lege ordinata ꝙ ſit baptiſmus abſq ipſis.
¶Ad ſecundā.negetur antecedens.ꝙ non Ad 2
ſit neceſſe ꝙ ſacerdos dicat. Ego te bapti/
ſo. Ad probationeꝫ conceditur ꝙ ſufficiat
forma quam dominꝰ tradidit.¶Et cū op 2
ponas ꝙ in his verbis domini non ſic ha/
beatur. Ego baptiſo te in nomine ⁊c̄. Re/
ſpondetur. ꝙ hoc implicite claudatur in
eis.quia in hoc ꝙ chriſtus dixit: baptiſan
tes:eccleſia ſumit ꝙ in baptiſando exp̄me
re debeat actum.Et per hoc quod dicit eos
ꝙ exprimere debeat perſonam.¶Ad terti/ Ad 3
am dicitur ꝙ verbum ideo eſt neceſſarium
quia ſpirituſſanctus per eccleſiam ſic inſti/
tuit domino reuelante hoc Matthei vlti/
mo.Et eccleſia hoc ſic recipiente ſuggeren
te ſpiritu ſancto:quia non licet eccleſię mu
tare formaꝫ inſtitutā per deū. Congruitas

autē eſt vt ꝑ hoc vocaliter exꝓmaꝛ intētio
baptiſantis. Ad improbationē cū dicitꝛ ꝙ
ipe actus ſufficienter exꝓmitur ipſo facto.
Rñdeꝛ ꝙ nō. Primo qꝛ aliqs iocoſe poſſet
immergere ſine intētione baptiſandi. Se
cūdo ꝙ qꝛ baptiſmꝰ eſt ſacrm̄ neceſſitatis:
voluit ſpūſſanctꝰ vt nō ſolū facto ſed etiaꝫ
voce exꝓmereꝛ intentio baptiſantis. ſine q̄
exꝓſſione nō ꝯferreꝛ baptiſmꝰ. ⁊ iō niſi exꝓ
Ad ꝯfir. mereꝛ voce: nō eſſꝫ baptiſmꝰ. ¶ Ad ꝯfirma
tionē. negeꝛ ꝯñtia. qꝛ placuit ſpūſctō: vt in
baptiſmo exꝓmereꝛ intētō baptiſantꝭ. eſt ei
ſacrm̄ neceſſitatꝭ. non aūt eſt ſic de euchari/
2 ſtia. ¶ Scđo baptiſmꝰ eſt ad aliū hominē
⁊ iō voluit ibi exꝓmi intētionē reſpectu illi/
3 us. nō aūt eſt ſic de euchariſtia. ¶ Et tertio.
qꝛ euchariſtia eſt ſacrm̄ ſupmę deuotionis
vñ intētio nō debet euagari. ſꝫ intꝰ recolle/
4 cta in deū eleuari. ¶ Quarto. qꝛ in ꝯſecrati/
one euchariſtię cū ſolo deo loquiꝛ cui om̄ia
nuda ⁊ apta ſunt. vñ nō oportet intētionē
vocaliter exꝓmi: ſed in baptiſando loquiꝛ
cū eccl'ia: cui explicāda ē intētio ꝑ ꝟba ma/
nifeſta Nā in illo oportet intētionē vocibꝫ
Ad.1 eſſe exꝓſſam. ¶ Ad rōnes q̄ fiūt ꝯtra ſcđm
ꝯ ſuppō ſuppoſitū. ¶ Ad ꝓmā đr. ꝙ apl'i in noīe ie/
ſitū 2. ſu baptiſabāt familiari ꝯſilio ſpūſſcti. ſ. vt
nomē mediatoris fieret diuulgatū in eccle
ſia. Item reddereꝛ honorabile ⁊ amabile ⁊
manifeſtū ꝙ ꝑ illud deberemꝰ ꝯſeq̄ remiſſio
nem pctōꝝ poſtq̄ꝫ aūt hoc ſatis publicatū
eſt ⁊ diuulgatū: nō licet ammodo vti alia
forma q̄ꝫ exꝓſſa Luce. vlti. Immo q̄ aliter
Ad 2 nūc baptiſaret: nō baptiſaret. ¶ Ad ſecūn
dam. ꝙ beatꝰ Ambroſiꝰ vult ꝙ ſacrm̄ eſt i/
tegrum ex ꝑte baptiſantis: ſꝫ nō ꝓpter hoc
ex ꝑte baptiſati Baptiſans nāqꝫ in ꝟitate
habet plenā fidē de trinitate. iō dicit ꝙ ple
num eſt ſacrm̄ fidei ſcꝫ baptiſantis. Sed
hoc nō ſufficit ꝓ baptiſato. Aliter dicunt
aliꝗ ꝙ Ambroſiꝰ vult ꝙ tpe neceſſitatꝭ: pu/
ta quo ꝑueniretꝛ baptiſatꝰ morte: poſt exꝓſ
ſionē vnius ꝑſonę diuinę: plenū eſt ſacrm̄
Ad.3 ¶ Ad tertiā negaꝛ maioꝛ. qꝛ baptiſmus eſt
ſacrm̄ fidei. ideo ſuſcipiꝛ nō niſi expꝛęſſiōe
vniꝰ dei ⁊ triū ꝑſonaꝝ. Quāuis em̄ vna ſit
oīm poteſtas ſapiētia ⁊ maieſtas. tñ pꝛo re
ceptione fidei nō ſufficit eā in vno exꝓme/
re: ſed oportet eā in tribꝫ exꝓmi ſi debeat ſa
Ad.1 cramentū rite ꝯferri. ¶ Ad rōnes quę fiunt
ꝯ q̄ſitū ꝯtra quęſitū. ¶ Ad ꝓmā negetur minoꝛ. ꝙ
quęlibet immutatio tollat formā. Ad ꝓba
tionem ꝯcediꝛ ꝙ illa verba ſint de forma ec

cleſie ſic ꝙ ſine peccato nō poſſunt dimitti.
ſed nō ſunt ſic de forma: ꝙ nulla poſſit i eis
fieri mutatio ſeruata forma neceſſaria ꝓ ſa
cramento. Vñ de neceſſitate ſūt expꝛeſſio
actus ⁊ ꝑſonę ⁊ inuocatio trium ꝑſonaruꝫ
explicita. Et ergo quādo illa ſeruātur ſine
additione diminuente vel diſtrahente: li/
cet fieret tranſpoſitio vel additio vel ſbtra
ctio ꝓnominis pꝛimę ꝑſonę. adhuc cōfer/
retur baptiſmus: vt dictū eſt. ¶ Ad ſecun/
dam negeꝛ cōſequētia. Et ad ꝓbationem Ad 2
dicaꝛ. ꝙ maioꝛ ſit ratio de vna q̄ꝫ de alia. qꝛ
aliqua ſunt de baptiſmi neceſſitate: vt di/
ctum eſt. aliqua ſunt de congruitate vt ꝓ/
nomen pꝛimę perſonę. Itē in additione ali
qua additio impedit: vt dictum eſt. et ali/
qua non. quia non diſtrahit nec diminu/
it. Et ideo eſt potioꝛ ratio de vna q̄ꝫ de alia
¶ Ad rationes ⁊ auctoꝛitates poſt oppoſi 1
tum arguentes ꝓ ſuppoſitis: ille cōcedun/
tur. quia arguunt veritatē: ⁊ ꝓ dictis ¶ Ad 2
rationē contra quęſitū. concediꝛ. quia ſine
dubio non omnis mutatio impedit ſic: vt
ratio arguit. Sed de balbutientibus ē di/
cendum. ꝙ iſti teneňꝛ extremā diligentiaꝫ
adhibere: vt verba pꝛoferant ꝑfecte. quod
ſi non fecerint: grauiter peccant: titubatio/
ne ex negligentia ſeu culpa eoꝝ ꝓueniēte.

q Uarto que/
ritur circa diſ. v. ⁊. vi. Utrum
ſicut characterē cum gratia
alicuius mali miniſtri impꝛi
mit baptiſmus. ſic ante baptiſmum cum
cathecīſmo pręcedere debeat exoꝛciſmus.

Quę quęſtio ſupponit. ꝙ baptiſmꝰ ma
li miniſtri impꝛimat characterem cuꝫ gra/
tia. ¶ Contra quod arguitur ſic. character Argu.1
nihil eſt. igitur ⁊c. Conſequētia nota eſt. ꝓ ꝯ ſuppo
batur antecedens ſic. qꝛ ſi eſſet aliquid: vl' ſitum
eſt inexiſtens a natura: et hoc nō. quia ſic
omnibus ineſſet. Naturalia enim eandē
virtutem habent apud omnes: vt dicitur
q̊uto ethicorum. Uel eſt acquiſitum poſt
natiuitatem rei. ſicut dicunt ponētes ipm̄
ꝙ ſit inductum in ſacramento non reitera/
bili. Et ſi ſic: tunc eſt delebilis. eo ꝙ om̄e ge
nerabile aut adueniens poſt natiuitatem
poteſt coꝛrumpi et abeſſe. cuius contrari/
um dicunt ipſum ponentes. ¶ Secundo argu.2
quia eſſet ſubſtantia vel accidēs Nō ſuba
qꝛ illa ñ aduenit i baptiſmo. Nec accidēs

quia hoc maxime poneret̃ vt eo diſtingue
rentur: tale ſacramentū recipientes ab his
q̇ ipm nō accepiſſent. ⁊ hoc fruſtra. qꝛ quo
libet tali remoto ſola ſuba aīe ſalua: ipa di
ſtingueret̃ ab his qui ſimilia ſacrameta nō
Cōfir. i. recepiſſent. ¶ Et cōfirmat̃. Omia ꝓpt̃ que
ponitur character poſſunt ſaluari ſine eo.
ğ fruſtra ponit̃. ꝯñtia nota eſt. qꝛ fruſtra fit
ꝑ plura: qđ ęque bene ſaluari poteſt ꝑ pau
ciora. vt dꝛ. viij. phiſicoꝝ. Añs patꝫ. quia
apud ponētes characterē ipſe ideo ponit̃:
vt ꝑ eū aīa deo ꝯformet̃. chriſto ꝯfiguretur
fidelibꝫ aſſimilet̃ ab infidelibꝫ certa diſtin
ctione ſeparet̃: ad vſum bonoꝝ operū depu
tetur. ⁊ ſcḋm quoſdā vt mediante eo ad rece
ptionē gratię ꝓparet̃. modo manifeſtū eſt:
ꝙ ad hęc oĩa ſufficiūt virtutes theologi
2 cę infuſę. ſcꝫ fides ſpes ⁊ charitas. ¶ Niſi for
te dicas ꝙ character requirat̃ vt ꝓparet ad
gratiā. ⁊ hoc falſum eſt. quia multi habe
bant gratiā ſine charactere: vt notum eſt.
Cōfir. 2 ¶ Itē nunq̇d anima de ſui natura maxime
receptiua eſt gratię: ad quid ğ eam prępa
Cōfir. 3. rat ꝑ gratia character: ¶ Tertio. quia vel
eſſet gratia. ⁊ hoc non. qꝛ manet cū peccato
vel eſſet donū ſpūſſancti gratis datū: et h̄
non. quia illa dona enumerat apoſtolus ꝑ
ma ad Cho. xij. vbi nullū de charactere fa
Cōfir. 4 cit mentionē. ¶ Quarto ſcḋm ponentes cha
racterē: imprimit̃ etiā ficte accedentibꝫ ad
baptiſmū. modo talibꝫ non datur donū dei
ſupnaturale. igit̃ ⁊c̃. patet maior ꝑ eos. pa
tet minor. qꝛ ficte accedēs peccat mortalit̃:
ſic accedēdo. facit eñ irreuerentiā tanto ſa
cramēto. mō nullꝰ diceret ꝙ deus daret pec
Cōfir. 5 canti mortalit̃ donū ſupnaturale. ¶ Quin
to. qꝛ ponere rē ſpūalē: quā ſcriptura nō ex
ꝑmit. quā etiā fides nō ponit: nec ſctōꝝ
auctoritas aſſerit: videt̃ eſſe ſupfluū. mo
do ita eſt de charactere ſacramētali. igitur.
Maior nota eſt. ⁊ minor declarat̃. quia li
cet Apoc. xiij. habeat̃ de charactere beſtię: q̇
ſonat in malū: nuſq̄ tñ legit̃ de charactere
2 ſacramētali. ¶ Et ꝙ nō exprimat̃ a doctori
bus: patet. qꝛ Augꝰ. q̇ plꝰ alijs laborauit:
dicit ꝙ ficte accedētes ad baptiſma: ſuſci
piunt ſacrm: ſꝫ nō rē. quō eſſet hoc verū: ſi
Argu. 2 reciperēt characterē q̇ eſſet res. ¶ Secundo
arguit̃ ſic. baptiſmꝰ mali miniſtri nō ꝯfert
grām. igit̃. tenet ꝯñtia. ⁊ ꝓbat̃ añs. ꝑmo qꝛ
qđ in ſe eſt mortuū: alijs nō influit vitam
modo mali in ſe mortui ſunt. ergo gratiā
quę vita ſpūalis eſt influere nō poſſūt ſuo
baptiſmo ¶ Ad hoc ſunt auctes. ¶ Prima 1
Numeri. xix. vbi dꝛ. Quęcūq; tetigerit im
mūdus: immūda erūt ¶ Secūda Mala. 2
ij. dicit ſcriptura. Maledicā benedictioni
bus veſtris. ⁊ eſt dictū ad malos ſacerdo
tes. vbi gloſa Hieronymi. Quicquid a vo
bis benedictū fuerit: a me maledicet̃. ğ ma
ledicitur a deo q̇ a malo ſacerdote benedici
tur. ğ nō ꝯſequit̃ gratiā. ¶ Tertia Eccl. xxx
iiij. Ab immūdo quis mūdabit̃: ¶ Quar 3
ta Auguſtini in queſtionibꝫ ad Oroſium 4
q̄ſtione. lix. ⁊ habetur de cōſe. diſ. iiij. c. q̄
uis. dicentis. De his qui foris eccleſiā ba
ptiſantur: nō ſumūt ad ſalutē baptiſmum
ſed ad perniciē habentes formā ſacramenti
virtutē eius abnegātes ¶ Scḋo ꝓbat̃ añs
per rōnes. Primo qꝛ certū eſt ꝙ defectꝰ ma ꝓbat̃. 1
terię vel formę impedit baptiſmū vt patꝫ
ex ꝑcedente q̄ſtione. Ergo ⁊ indignus mi
niſter impediet. Probat̃ ꝯñtia. qꝛ non mi
nus q̄ debita forma vel materia requirēdus
videtur etiā debitus miniſter. Et añs patꝫ
qꝛ malꝰ nō eſt debitus miniſter. Vñ Augꝰ
ſup Johem omelia. v. Juſtos oportet eſſe
tanti iudicis miniſtros. ¶ Scḋo. qꝛ malus 2
miniſtrādo ſacꝛ eſt miſter diaboli. qꝛ mor
taliter peccat. ğ nō eſt miſter dei. qꝛ nō pt ſi
mul eodē actu eſſe miſter dei ⁊ mamone vl̃
demonis. Matth. vj. ⁊ vltra. ğ non bapti
ſat. ¶ Tertio. qꝛ ſanctus Cyꝑanus tenuit: 3
ꝙ nō ꝯferrēt ſacramentū. ⁊ nō legit̃ hoc re
uocaſſe. ğ hoc tenere nō eſt hereticū. tenet
ꝯſequētia. ⁊ añs patet ꝑ magiſtꝝ in lr̃a di
ſtin. vj. hoc dicentē. ¶ Quarto. malꝰ a deo 4
nō exaudit̃. ğ neq̇t baptiſare. ptꝫ ꝯñtia. qꝛ
multas orōes facit baptiſans ꝑ infante. ⁊
añs ptꝫ ꝑ illud Grego. Cū is q̇ diſplicꝫ ad
intercedendū mittit̃: reſtat vt irati animus
ad deteriora ꝓuocet̃. Deinde quęrit queſtio
Vtrū añ baptiſmū cū cathecīſmo ꝑcede
re debeat baptiſmus: ¶ Cōtra qđ arguit̃ ſic. ꝯ q̄ſituꝫ
qꝛ ꝑuuli nō ſunt cathecīſandi. ğ nec adul argu. 1
ti. ꝓbatio ꝯñtię. qꝛ cū ſit tm̄ vnū baptiſma
vt habetur ad Eph. iiij. tm̄ vnus debet eſſe
eius modꝰ. Añs patꝫ. qꝛ ꝑuuli nō ſunt do
ctrine capaces. mō cathecīſmꝰ idē eſt qđ in
ſtructio. ¶ Secūdo ſic. Nullus videt̃ eē ex
orcīſandus. ğ queſitum falſum. ꝯñtia nō argui. 2.
eſt. ⁊ añs ꝓbat̃. quia fruſtra fit quod nullꝰ
eſt virtutis. ſed exorcīſmus nullius eſt vir
tutis. igitur ⁊c̃. Maior nota eſt. Et minor
declaratur. quia ſi alicuꝰ virtutꝭ eſt: vel h̄
eſt corꝑalit̃ vel ſpūaliter expellēdo demōes.

Nō corpaliter: cum puuli nō ſint obſeſſi.
Nec ſpūalit̃. qꝛ tūc expelleret̃ ei⁹ culpa. qδ
nō ē veꝝ. Nā illa ſolū expellit̃ i baptiſmo.
pba.2. ¶ Scd̃o ſic. qꝛ exorciſmi ꝓpriū eſt expellere
demones. ſꝫ h̄ nō habet locū in baptiſan/
dis an̄ baptiſmū. g̃ nō ſunt exorciſandi. cō
ſequētia nota eſt. Et maior ꝑꝫ. qꝛ h̄ eſt of/
ficium exorciſte. Minor declarat̃. qꝛ demo
nes multo efficaci⁹ expellunt̃ in baptiſmo.
igit̃. g̃ h̄ an̄ baptiſmū facere eſt ſuꝑfluum.
Forte dicet̃. ꝙ iō fit vt baptiſm⁹ habeat ma
iorē effectū. Cōtra qꝛ ſi ad h̄ diſponat: vl' h̄
eſt baptiſandi ꝓparatiōe meliori: vl' bap/
1 tiſmi fortificatiōe. ¶ Nō ꝑmū. qꝛ nō pōt ꝓ
parare ſubiectū ſuſceptuꝝ baptiſmuꝫ: niſi
vel remiſſione culpe vel minoratiōe. qδ ſi/
bi nō ↄuenit: cū hoc ſit ꝓpriū baptiſmi vl'
remiſſione pene. qδ etiā ſibi nō ↄuenit. qꝛ
pene nō remittunt̃ niſi remiſſione culpe de
2 lege cōi. ¶ Nec ſcd̃m ſcꝫ fortificatōe baptiſ
mi. qꝛ ille nō eſt: qn̄ eſt exorciſm⁹. Itē qꝛ il/
le eſt infinite ꝟtutis: cū quātālibet culpā ⁊
Confir. ſibi debitā penā valeat relaxare. ¶ Et cōfir/
matur. qꝛ diſcedat aliqs exorciſat⁹ an̄ ba/
ptiſmū: querit̃ vtrū exorciſm⁹ i aliq̄ ſibi vti
lis fuerit. Si in nullo: fatuū fuit dicere il/
lum. Si aūt in aliq̄. querit̃: quō: cū ſit iam
eque ꝑuat⁹ viſione diuina ſicut antea. ex q̄
nō renat⁹ ſit ex aqua ⁊ ſpūſctō. Forte dicet̃
2 ꝙ fit ad ſolēnitatē baptiſmi. ¶ Cōtra. Tal'
nō fit ſolēnitas in alijs ſacramētis. Itē ꝓ/
pter hmōi ſolēnitatē nō eſt baptiſand⁹ ex/
ponēdus periculo. mō dilatione baptiſmi
baptiſand⁹ exponit̃ periculo: cū ſine baptiſ
mo ſaluari nō poſſit. ⁊ medio tēpe poſſit
ꝓ ſuppo mori. ¶ Sꝫ ꝓ ſuppoſito arguit̃ ſic. Oīs
ſito ar.1. ver⁹ baptiſm⁹ imp̄mit cū charactere grām
ſecluſo impedimēto ex ꝑte recipiētis. ſed ma
li miſtri ↄferūt veꝝ baptiſmū: ſuato more
eccleſie. igit̃. Patꝫ maior quo ad characte/
rē ꝑ illud qδ dicit Inno. iij. ex̃ de baptiſmo
⁊ ei⁹ effectu. ca. maiores. ſb̄ his ꝟbis. Qui
ficte accedit ad baptiſmū: characterē ſuſci
Confir. pit xp̄ianitatis impſſum. ¶ Et ↄfirmat̃ au
ctoritate beati Dionyſij in libro de eccleſia/
ſtica hierarchia. dicētis in ſentētia vel effe
ctu. Character eſt ſignū ſanctū cognitiōis
vel fidei ⁊ ſacre ordinatiōis: datū acceden
ti a hierarcha. g̃ in baptiſmo datur ab ec/
pba.rōe cleſia character. ¶ Et hoc rōne. qꝛ cum ali/
qui ſignabunt̃ charactere beſtie: vt ꝑus al
legatum eſt ex dicto beati Johis Apo. xiij
fortiori ratione debet imprimi character in

baptiſmo chriſti. ¶ Sed quo ad gratiā: in 2
non ponēte obicē manifeſtū eſt. qꝛ al's non
eſſet ſacramentū noue legis. cui⁹ ſacramē/
ta conferūt hoc quod figurāt. ¶ Item al's 3
non deleret peccatū niſi infunderet gratiaꝫ
Minor ratiōis ꝑncipalis ꝙ videlicet ma
li miniſtri conferāt baptiſmū: eſt magiſtri
diſ. v. ca. ꝑmo ꝓbantis hoc ꝑ ſeptē aucto/
ritates ſanctoꝝ. Unde Auguſtinus ſuper
Johannē omel'. v. Baptiſmus talis eſt: q̄/
lis eſt ille in cui⁹ poteſtate datur. ſ. qualis
eſt chriſtus: nō qualis eſt ille ꝑ cui⁹ mini/
ſterium dat̃. ¶ Et cōtra Creſcentiū grāma/ 4
ticum dicit. Nullo modo mal⁹ eſt baptiſ/
mus qui etiā ꝑ malū datur. quia idem ba
ptiſmus dat̃. ⁊ ideo ꝑ miniſtros diſpares:
dei munus equale eſt. Nō eīn illoꝝ: ſꝫ eius
eſt a quo dat̃. ¶ Itē Iſidorus in libro de of 5
ficijs. ⁊ habetur in decre. de ↄſe. diſ. iiij. c. ro/
manus. ⁊ allegat mgr̃ in lr̃a diſ. v c. j. dicit
ſic. Romanus pontifex non hominē iudi/
cat qui baptiſat: ſed ſpm̄ dei ſubminiſtrare
gratiā: licet pagan⁹ ſit qui baptiſat. ¶ Sꝫ
pro queſito eſt magiſter diſ. vj. ca. xij. et de/ ꝓ q̄ſito
inceps p̄ſertim in cap'o. xv. vbi expreſſe
dicit ꝙ hec debent ꝓcedere baptiſmum. Et
hoc de cathecíſmo patet auctoritate Ra/
bani: que ponitur in decretis de conſe. diſ.
iiij. ca. Ante baptiſmum. Et de exorciſmo
ibidem ſtatim poſt ca. Ante viginti dies.

# In hac queſtione

videndū eſt primo Utrū baptiſato in ba/
ptiſmo character cū gratia conferat̃. Se/
cundo vtrū a malo miniſtro quis debite ba
ptiſetur. Tertio vtrum baptiſmo cathecíſ
mus cū exorciſmo debite ꝓponat̃. Quarto
circa hāc materiā multiplex mouet̃ dubi/
um. ⁊ ꝑ viribꝰ declarabuntur. Quantum
ad primū. Primo videnduꝫ eſt que res ſit
character. ⁊ in quo p̄dicamento ſit hic ter/
minus character. Secundo vtrum impri
matur baptiſato in accipiendo baptiſmū
veraciter.

# Quantum ad pri/

mū ꝑmo eſt notādū. ꝙ cōit̃ dꝛ ꝙ character
eſt ſignū ſanctū cōionis fidei ⁊ ſacre ordia/
tionis datuꝫ a hierarcha. Et dicitur trahi
ex dictis beati dionyſij in li. de eccleſiaſtica
hierarchia. ⁊ ꝙ det̃ in ſacramentis irreitera
bilibꝰ. ſcꝫ baptiſmo: cōfirmatiōe ⁊ ordine.

Nota.1 ¶Pro cui⁹ intellectu eſt notãdũ.ꝙ infide/
les in actiõib⁹ ſpũalib⁹ fideliũ nõ debet ad
mitti.pſertim ĩ illis in qb⁹ fit admĩſtratio
ſacramẽtoꝝ. Rõ eſt hec.q: cũ carnales ſint
⁊ carnalis homo nõ pcipit ea q̃ dei ſunt: vt
dicit aplš.ſi g̃ viderẽt talia: ipſi deriderent.
Et ideo ne ſacra eccliẽ ⁊ ei⁹ ſacra ab infide
lib⁹ derideanť: nõ ſunt infideles ad ea ad/
2 mittẽdi ¶Unde in pmitiua ecclia baptiſa
ti induebanť veſtib⁹ albis octo dieb⁹: in ſi
gnum receptẽ innocẽtiẽ ſiue mũdicie in ba
3 ptiſmo.¶Propter qđ ſumm⁹ pontifex p ſe
ptimanã ſanctã paſche: in cui⁹ vigilia ca/
thecumini cõſueuerunt baptiſari et indui
albis: vtiť veſtib⁹ albis cũ ante ⁊ poſt ſem/
Nota.2 per rubeis induať.¶Scđo eſt notandũ.ꝙ
ex hoc ꝙ in dignitate cõſtitutis dať ſignũ
ſuę dignitatis expreſſiuũ: ſicut regi ſceptꝫ
cũ corona.epiſcopo baculus ⁊ mitra.⁊ ſic ĩ
alijs.Sic imaginandũ eſt ꝙ dominus q̃s
ſuis dignať ſacramẽtis ſpiritualiter inſigni
re: pſertim in illis quę nequeũt iterari: illis
ſpirituale ſignũ imprimit quo diſtinguun
tur ab alijs illo ſacramẽto non inſignitis.
qđ ſignum exprimit gratiã gratũfaciẽtem
illo ſacramẽto: niſi aſſit obex recipiẽti confe
rendam: qđq3 eſt quaſi ſigillũ dei impmen/
tis ⁊ ſignantis cũ inter miniſtros ſuo ſerui
2 tio deputatos.¶Et iſtud ſignũ vocãt chri/
ſtiani characterẽ.qui character non eſt ali/
qua virtus theologica.eo ꝙ etiã in infide/
libus ficte baptiſmũ recipientib⁹ ſit. in q̃/
bus nulla eſt virtus theologica Jmmo eti
am manet in baptiſatis ad hereſim lapſis
3 quib⁹ tunc fides nõ eſt.¶Diciť em chara/
cter tale ſignũ: ⁊ indelebilis de lege ordina
ta dei Juxta qđ definitio pcedens poteſt ſic
exponi.Character eſt ſignũ ſanctũ id eſt in
ſacramẽto irreiterabili receptũ: cõmuniõis
fidei ſc3 quo quis deputať vt ad act⁹ fide/
lium admittať.⁊ ſacrę ordinationis.id eſt
exprimens cũ deputatũ ⁊ ordinatũ ad ſacrã
vitam ſc3 ſpũalem.datũ a hierarcha.id ẽ
4 ab epiſcopo.Qui diciť hieracha: quia ſpi/
ritualis pnceps.⁊ ideo poniť.q: ĩ pmitiua
eccleſia epiſcopi baptiſabãt frequentius.
5 ¶Et eſt veꝝ ꝙ definitio eſt nimis reſtricta:
p li hierarcha: eo ꝙ non ɔuenit characteri
baptiſmi quẽ ɔfert laicus in neceſſitate vel
ſimplex ſacerdos.Nec in dictis Dionyſij
habeť ꝙ omis character detur a hierarcha:
ſed a diuina beatitudine.Et tunc eſt mani
feſtũ ꝙ nõ ſit inſtãtia.q: cũ character impꝛ/
matur aĩe p creationẽ: manifeſtũ eſt ꝙ dať
ab ipa diuina beatitudine: cui⁹ ppriũ3 eſt
creare.¶Et vt ſecludanť ỽtutes theologi/ 6
cę a definito: quę etiã poſſent dici talia ſig
poteſt reſtringi li ſignũ dicẽdo ꝙ character
eſt ſignũ ſanctũ indelebile datũ in ſacramẽ
to irreiterabili cõionis fidei ⁊ ſacrę ordina/
tionis.¶Et ſi dicať ꝙ ĩ excõicatis non ſit ſi obiectio
gnum cõionis fidei: cũ ad act⁹ fideliũ non ſoluiť
admittanť.Rñdeť ꝙ hmõi ſignũ habeãt ⁊
etiã dãnati in inferno ⁊ quãtumlibet mali
xpiani.q̃uis a cętu eccliẽ ſint prohibiti a ſi
gnato.¶Tertio eſt notandũ ꝙ btũs Tho. Nota.3
in ſcpto.diſ.iiij.hui⁹ q̃ſti.q.j.deſcribit ſic ex
dictis beati Dionyſij.Character eſt ſignũ
cõionis pt̃s diuinoꝝ a ſacrę ordinatiõis fi/
deliũ datũ a diuĩa beatitudine.Diciť ſignũ
id eſt forma ſignificãs p cã formali.Dicit
cõionis ptis fideliũ3.p cã finali ſ.vt ptici/
pare poſſit actiõib⁹ ſacris eccliẽ.Diciť ⁊ ſa/
crę ordinatiõis: etiã p cã finali.i.vt ſimiliſ
fiat vel ɔfigureť illis qb⁹ eadẽ ptãs colla/
ta eſt.Dicit datũ p materia.ſ.datũ ſacrm
recipiẽti.Dicit a diuĩa beatitudine.i.a deo
q̃ cauſa ẽ characteris effectiua.¶Aliť etiam 2
ſolet definiri ſic Characť ẽ diſtictio a chara
ctere ęt̃no ipreſſa aĩe rõnali ſm imaginẽ cõ
ſignãť trinitatẽ creatã trinitati creãti ⁊ recre
anti: ⁊ diſtinguẽs a ñ cõſignatis ſm ſtatũ fi
dei.Et ẽ definitio magiſtralꝰ data p oĩa ge/
nera cauſaꝝ.quã nõ pſeq̃r.q: ſuffiẽ de pria
Poniť ei diſtictio p cã formali.a characte
re ęt̃no p cã efficiẽte.aię rõnali ſm imaginẽ
p cã materiali.⁊ ea q̃ ſequũť loco cauſę fina
lis.q: characteris ẽ q̃ndã iportare ſilitudinẽ
in ordine ad deũ.⁊ diſtinguere ab his q̃ ñ
receperũt illũ ſtatũ fidei.Quib⁹ oĩb⁹ ſup/
poſitis q: idẽ eſt ſenſus oĩm illaꝝ definitõnũ
videť mihi hę ppões pbabiles ex ɔditiõe:
ꝙ character ſit.¶Pria.character ſi ẽ: eſt reſ Cõclo.1
abſoluta ⁊ nõ pur⁹ reſpect⁹.ptꝫ.q: ſi puruſ
reſpect⁹ eſſet: tũc nõ eſſet niſi ɔſilio aię cõſi/
derãtis q̃ hi q̃ ſacra receperũt diſtinguũtur
ab his q̃ ea nõ receperũt.Probatũ eſt eni3
pus in pmo libro.ꝙ relatiões reales ad ex̃
nõ ſint res diſtinctę a reb⁹ abſolutis.Et er/
go nud⁹ reſpect⁹ ad extra q̃ nõ eſt res abſo/
luta ſimpliciter nihil eſt.¶Scđo.q: nud⁹
reſpectus nõ ſufficiẽter diſtingueret bapti/ pbať.2
ſatũ a nõ baptiſato.g̃ ⁊c.ɔñtia tenet p defi
nitiones.quia eſt ſignum diſtinctiuũ.Et
añs patet.quia nud⁹ reſpect⁹ ſolũ eſt in aĩa
reſpiciẽtis.⁊ g̃ rem ad extra non diſtinguit

pbat.3 ¶Tertio. q: character si est: est termin⁹ acti
onis realis. g est q̄d absolutū. ꝯñia tenet.
q: pur⁹ respect⁹ nō est termin⁹ actiōis. eo ꝙ
ad nudā relationē vt relatio est: nō fit mu
tatio positiua. Añs pat3. q: est id qd ꝟtus
diuina facit in aiam ficte accedentis ad sa
cramentū. q: nō pōt poni q̄d ibi aliqd faciat
Corre. ¶Correlariū3. Si character sit: ipe est res
positiua absoluta. patet ex ꝯclōne. q: non
Cōclo.2 est pur⁹ respect⁹. ¶Scđa ꝯclo. Hmōi res
nō est substātia: neqȝ accidēs diuisibile vel
extensiue vel intēsiue. patet. q: si est: tūc est
res absoluta que imp̄mit aie recipiēti sacra
mētū. 7 tale neq̄t esse sba. null⁹ ei diceret ꝙ
actus subalis qualis est aia: aliū actū sub
stantialē in se recipet. q: actui repugnat re
cipere aliū actū substātialē. put dicit phus
vij. metaphi. 7 cōmētator in de suba orbis
Pars.2 ¶Scđo ex eodē pt3. ꝙ nō sit accidēs diui
sibile extēsiue. q: cū aia sit indiuisibilis cui
imp̄mit: necesse est vt 7 ipm sit indiuisibile
Omē em̄ qd recipit: p modū recipiētis reci
pitur: vt probat cōmentator tertio de aia.
Pars.3 ¶Tertio pbat ꝙ nō sit diuisibilis intēsiue
q: fm ponētes eū est signū distinctiuū in
delebile. tale aūt neq̄t remitti. q: si posset re
mitti: tūc p remissionē posset cōsumi. et sic
Cōclo 3 auferri. ¶Ex p̄mis duabꝫ ptibꝫ hui⁹ ꝯclu
sionis videt mihi seq̄ tertia ꝯclo hec. Si
character sit: ipe est qualitas. pbat sic. oīs
forma nature pmanētis indiuisibilis que
nō est substātia: ē qualitas. Sȝ character
est hmōi. igit. patet maior. q: a tali pōt di
ci aliq̄d quale. puta ea qualificatum vl in
2 formatū. ¶Et dr notāter indiuisibilis. q:
multi nolūt ꝙ extēsio q̄tuis sit nature pma
3 nentis: sit qualitas. ¶Itē dr nature perma
nentis. q: volūt aliq ꝙ mot⁹ vel mutatio
transiēs nō sit q̄litas. q̄uis ego credā oppo
4 situm illoꝝ dictoꝝ amboꝝ. Credo em̄ ꝙ ne
cessario oīs q̄titas sit qualitas. eo ꝙ sit pa
ritas suaꝝ duaꝝ dimidietatū: si sit ꝯtinua
5 7 paritas vel imparitas si sit discreta ¶Eo
dem mō puto ꝙ etiā omis mot⁹ sit q̄litas
6 eadē rōne ¶Sȝ de forma indiuisibili pma
nente q̄ nō est suba: non videt aliqs dubi
tasse. eo ꝙ subiectū cui inheret vtiq3 aliq̄li
pbat.2. ter se habet. 7 sic dr fm eā quale. ¶Probat
scđo ꝯclo. Illa res fm quā substātia dr si
milis substātie vt re supaddita est q̄litas.
Sȝ character est hmōi. patet maior. q: p
prium est qualitat fm eā dici sile vel dissi
mile: vt dr in p̄dicamētis. Et patet minor

q: charactere idē sacrm̄ irreiterabile recipi
entes dicunt esse siles. ¶Ex tertia pte ꝯclu Corre.
sionis secūde sequit: ꝙ hmōi character nō
sit alicui⁹ figure corpalis. q: illa nō repit in
re indiuisibili. ¶Quarta ꝯclo est hec. cha cōclo 4
racter nō est qualitas actiua realiter. pbat
sic. q: si deberet agere: maxime hoc esset ad
grām. mō ad illā nō agit. igit. Maior pa
ter. q: nō videt ad q̄d aliter ageret: cum sit
qualitas sacramētalis. Minor patet p ea
que pus dicta sunt. q: gra a solo deo creat.
mō nulla creatura pōt deo ꝯcreare: vt in p
ma q̄stione dictū est. ¶Sȝ dices. Agit tñ obiectio
disponēdo materiā: scȝ aiam p gre recepti
one. sicut mater 7 pr disponūt embrionem
p forme receptione. ¶Istud nō val3. quia Solo.
gra recipit nō min⁹ in aia sine charactere
Fuit em̄ in Cornelio añ baptismū: vt ha
betur Actuū. x. 7 tñ character p̄mo imp̄me
bat in baptismo: vt notū est. ¶Scđo pba pba.2
tur ꝯclo. qd nude ponit vt sit signum 7 or
natus anie: distinguēs ipm ab his q̄ sic re
gi celesti nō sunt ꝯiuncti: non est qualitas
actiua: sȝ character est hmōi. igit. Pt3 ma
ior. q: signa dignitatū nō agūt: vt corona
vel sceptrū regis: mitra vel bacul⁹ episcopa
lis. Minor pt3 p definitionē characteris.
Est em̄ signum ordinis recepti. ¶Et tertio pbat.3
quō est actiuū qd indifferēter est in bonis
7 malis baptizatis: nec resistit malis incli
natiōibꝫ: nec iuuat ad bonas: saltē de per se
¶Quinta ꝯclo. Character nō potest poni cōclo.5.
de p̄ma vel scđa specie qualitat rōnabilit.
¶Pro cui⁹ declaratiōe supponit. ꝙ iuxᵃ mē Nota.
tem phi 7 veritatē: p̄ma spēs signat quali
tates acq̄sitas inq̄rum sunt acq̄site post p
ductiōem rei 7 disponūt eā ad bonū vel ad
malū. Si em̄ ad bonū: dicunt ꝟtutes. Si
aūt ad malū dicunt vicia. Extense tñ capi
endo nomē ꝟtutis: sicut. ij. ethicoꝝ3 equo
attribuit ꝟtus. ca. vj. equi ꝟtus equū stu
diosum facit. Et hec est mens phi. v. Me
taphisice. ꝙ qualia dicunt q̄ fm ꝟtutem 7
vicia dicunt. ¶Per respectū oppositum illi 2
dr scđa spēs qualitatis. s. q̄ signat q̄litates
a natiuitate existētes cōnotādo ꝙ insunt a
naturali pductiōe. 7 ꝙ rē disponūt ad bo
nū: dicunt potētie. si ad malū dicunt impo
tētie. Et hec est mēs phi in p̄dicamētis: di
centis. ꝙ aliud gen⁹ qualitatis est eoꝝ que
fm potentiā 7 impotētiā dicunt. Sic scđo
ethicoꝝ. c. v. dicit. ꝙ tria sunt i aia. potētie
scȝ 7 natura. passiones 7 habitus quo ad

acquiſita. hec ſunt ſatis manifeſta his qui
Cõclo.5 moderno tpe vacãt logice vel phie. ¶ Tũc
ex illis pbat cõcluſio. qz qualitas q̃ nec ad
bonũ diſponit nec ad malũ nec eſt de pma
nec de ſcda ſpecie qualitatis. ſz character eſt
hmõi. igit. patz maior ex dictis de illis ſpeci/
ebꝰ. patz minor ex pcluſione pcedente. qz cha
racter nõ eſt qualitas actiua. ¶ Sexta con
cõclo.6 cluſio. q̃uis res q̃ eſt character: ſuppoſito
q ſit: poſſit poni de tertia ſpecie q̃litatis. tñ
hic terminꝰ character nõ eſt de illa ſpecie.
Nota. ¶ Pro declaratiõe pme ptis eſt ſciendũ. q i
tertia ſpecie qualitatis ſunt oms termini ab
ſolute ſignificãtes qualitates a q̃bꝰ imedi
ate ſubã põt dici qualis: vt caliditas: frigi
ditas: color: odor: et cetera hmõi genera vl
ſpẽs abſolute. Illud etiã notũ eſt logicis.
nec cogor illud pbare. qz p eſſe abſolutum
Pars.1. diſtinguit tertia ſpẽs a pmis duabꝰ ¶ Et p
hoc ptz pma ps pcluſionis. qz ſtãte q chara
cter ſit: tũc eſt qualitas: p pcluſionẽ tertiã. et
cũ p correlariũ eiꝰ et ſecundã ptẽ eiꝰ non ſit
alicuiꝰ figure corpalis: ſequit q rẽ indiuiſi
bilẽ cui inhereat reddat aliqualẽ. ſcz habẽtẽ
talẽ qualitatẽ. Et g̃ ſi nomẽ abſolutũ impo
neret talẽ qualitatẽ eſſentialit exp̃mẽs: hoc
eſſet de tertia ſpecie: et ſuũ pcretũ pdicaretur
de aĩa in quale: ſicut pdicat albũ vel nigꝝ
Pars.2 de corpe. ¶ Scda ps pcluſionis patz. qz iſte
terminꝰ character importat ſuã rẽ: pnotan/
do modũ p notabile pmiſſum Et talia nõ
Cõtra.1 ſunt de tertia ſpecie q̃litatis. ¶ Cõtra dictas
pcluſiones ſunt multoꝝ doctoꝝ opiniones
Primo ſcotus et multi pcedẽtes eũ volunt
q charact ſit formalit reſpectꝰ. Pro q̃ argui
tur ſic. qz illud qd eſt eſſentialiter ſignũ. h̄
eſt formaliter reſpectꝰ ſz charact eſt eſſentia
liter ſignũ. igit. Maior ptz. qz ſignũ nihil
eſt niſi in ordine ad ſignatum. et g qd ſm eſ
ſentiã ſignũ eſt: nõ videt eſſe aliud niſi reſpe
ctus ad ſignatũ. Et minor pz p pus dicta
qz Dionyſiꝰ et omes alij vident velle q cha
racter ſit ſignũ. ponũt em ſignũ in ſua defi/
arguit.2 nitione. ¶ Scdo qz ſi eſſz res abſoluta: tũc
eſſet delebilis a ſubiecto. mõ oms dicunt q
Argu.3 character ſit ſignũ indelebile. ¶ Tertio qz
quid aliud dicit qz ſignũ diſtinctiuũ et pfi/
guratiuũ: mõ hmõi vident formaliter eſſe
Ↄtra.5 reſpectꝰ. ¶ Scdo ptra pcluſionẽ q̃ntã eſt ma
giſter Thomas de argẽtina i ſuo q̃rto. diſ.
vj. q̃ſtiõe vnica. arti. j. q̃ vult q character
baptiſmi reducat ad pmã ſpeciẽ qualitatis.
Sz character pfirmatiõis vel ordinis re/
ducat ad ſcdam ſpẽm q̃litatis ¶ Primam Pars.1.
partẽ pbat ſic. qd ẽ realis et immediata ac
ſufficiẽs diſpoſitio ad habitũ grẽ. hoc eſt
de pma ſpecie qualitatis. ſz character ẽ hu/
iuſmodi: niſi forte baptiſatꝰ obicẽ ponat.
igit. Maior nota eſt. minorẽ ſupponit: ex
his q̃ añ dixit in eadẽ q̃ſtione. videtur em̃
velle q deꝰ p characterẽ infundat grãm. nõ
q ipẽ coagat: ſz q ſubiectũ p grẽ ſuſceptõe
pdiſponat. ¶ Secundũ dictũ ſuũ pbat ſic Pars.2
ſcz alioꝝ ſacramẽtoꝝ characteres ſint in ſe
cunda ſpecie qualitatis. qz illud qd eſt pote
ſtas a deo tradita ad pncipiandũ ſpũales
opationes: videt ptinere ad ſecundã ſpeci/
em qualitatis. ſz character q̃ tradit i ſacra/
mento pfirmatiõis vel ordinis eſt hmõi.
igit. ¶ Probat maiorẽ. qz ſicut ꝟtutes the/ 1
ologice infuſe ſunt eiuſdẽ generis qualitatis:
cũ ꝟtutibꝰ q̃ fiũt p naturales opatiões. qz
ſunt habitꝰ: ita etiã poteſtas infuſa debet
eſſe eiuſdẽ generis q̃litatis cũ potentijs na
turalibꝰ. ¶ Probat minorẽ qz (vt dicit) cõ/ 2
muniter pcedũt doctores. q character pfir
matiõis tradat hoĩ tanq̃ quedã poteſtas
ad fidei defenſionẽ. Sz character ordinis
tradit tanq̃ poteſtas ad fideliũ multipli/
cationẽ. ¶ Sz ptra pmã ptẽ pcluſionis ſexte Ↄ6.
qua dicebã. q ſuppoſito q character ſit res
que eſt character poſſit poni de tertia ſpecie
qualitatis. In ꝟtute arguit ſic. h̄ potiſſime
eſſet: qz eſſet paſſibilis qualitas reſpectu in
tellectꝰ angelici. et hoc nõ: vt dicit. quia pa
ri rõne omis motꝰ quo angelꝰ cognoſceret
eſſet paſſibilis qualitas. qd nõ cõiter dicit
¶ Pro ſolutiõibꝰ iſtoꝝ motiuoꝝ ſuppono Nota.1
qd añ dictũ eſt in pmo notabili q charact
ſit ſignũ ſanctũ cõionis fidei et ſacre ordia/
tionis a deo impſſum. ſic habet ex dictis be
ati dionyſij pus allegatis ex libro eccleſia/
ſtice hierarchie. ¶ Ex q̃ videt ſequi q eiꝰ of Corre.
ficium nõ ſit pparare ad grãm vel eã facere
Vñ nec diſpoſitiue nec pductiue ſe habet
ad grãm: ſz eſt ſignũ ſuſcepti ſacri fidei vel
roboris vel ſpũalis dignitatis. Nec ex di/
ctis definitiõibꝰ q̃ in notabilibꝰ pponũtur
aliud habet. Recte ſicut ſi rex daret alicui
purpurã in ſignũ q eſſet de amicis regis: hu
ius purpure nihil eſſet agere ſed ſignare.
¶ Scdo ſi ei ſupponeret fibulã auream in ſi/
gnũ cõmiſſe auctis et poteſtatis. nõ ppterea 2
eadẽ fibula eſſet actiua. ſz ſignũ q ea q̃ ille
ageret: rex h̄ret grata: et eſſet p eũ eoruz au/
ctor. ¶ Ita videt eſſe de charactere impſſo applicat

in baptiſmate. qꝛ eſt ſignuȝ ꝙ iſte eſt aſcri/
ptus ꝑ ſacramētū inter amicos regis niſi ꝑ
eū ſteterit obſtaculū: non tñ ꝙ ille charactꝰ
Nota 2 aliq̄d agat. ¶ Character ꝯfirmatiōis eſt ſi/
gnum maioꝛis dignitatis. ſ. ꝙ vltra chara
cterē quo ſignabaṫ aſcriptꝰ eſſe inter ami/
cos regis. iam ſignatꝰ ſit vt pugil regis ſit:
defenſione ſuarū legū ꝛ earū publica ꝯfeſ/
Nota 3 ſione. ¶ Et tertio. Character oꝛdinis eſt ſi/
gnum adhuc amplioꝛis dignitatꝭ. ſcȝ recę
pte a rege xp̄o alicuiꝰ ſpūalis poteſtatis in
diuinis officijs exercendę. Sicut diaconi
ad legendū euāgeliū ꝛ ad denūciandam ī
officio miſſę volūtatē regis de ſalute ſubdi
2 toꝛū. ꝛ ita in alijs. ¶ Un̄ nulla videṫ co/
gēs auctas ſacrę ſcꝑturę. ꝙ character agaṫ
vel diſponat: ſȝ ꝙ ſeꝑet ſic inſignitos a nō
ſic inſignitis. ꝛ aſſimilaret eos ceteris cōſili
3 mō adoꝛnatꝭ. ¶ Et ꝙ h̄ ita ſit apparet. qꝛ ſi
character baptiſmi ageret: vel diſponēdo:
vel aliter qualitercūq̄ꝫ ꝑ receptiōe gr̄e. tūc
ſine dubio ſeq̄reṫ ꝙ eſſet ꝟtus. nā habenteȝ
ꝑficeret: ꝛ opꝰ eiꝰ redderet bonū: diſponen/
do ſubiectū ad receptionē gr̄e ꝛ eiuſdē obſ
uationē. Et nō eſſet ꝟtus moꝛalis. ģ eſſȝ ꝟ
tus theologica: ꝛ ſic eſſent q̄ttuoꝛ virtutes
theologicę. ſ. fides ſpes ꝛ charitas: ꝛ baptiſ
malis character. h̄ aūt ꝯ̄s a nullo eſt cō/
ceſſum. Foꝛte diceṫ: nō eē ꝟtus. qꝛ manet ī
malis. ſ. in ficte accedētibꝰ. Sȝ illud nō ī/
pedit eē virtutē theologicā. qꝛ fides infoꝛ/
mis ꝛ ſpes manēt in malis. de quibꝰ tñ non
dubitaṫ q̄n ſint ꝟtutes: ſumēdo ꝟtutē com
muniṫ. ¶ Qđ autē dꝛ de charactere baptiſ/
4 mi: hoc eodē mō intelligiṫ de charactere cō
firmatiōis. ibi em̄ daṫ ſpūs ad copiā qui ī
baptiſmo dabaṫ ad ſufficientiā. Et ergo il
le character nō eſt ptās actiua: ſȝ ſignū re/
ceptę gr̄e vberioꝛis: ꝛ aſcriptiōis ī fidei pu
gilem ꝛ defenſoꝛē. ¶ Et ꝓpoꝛcionabiliter vi
5 deṫ eſſe de characteribꝰ oꝛdinum. ꝙ nō ſint
poteſtates: ſȝ ſignū cōmiſſę auctꝭ ꝛ ptātꝭ
ſpūalꝭ: ſignās ꝙ ipſis agētibꝰ ſibi cōmiſſas
opationes ꝑ efficaciā dn̄s aſſiſtat. non em̄
eſt character potētia q̄ q̄s oꝛdinatꝰ ꝑſbꝛ cō
ficit. ſȝ ſignū ꝙ opationi ſuę deꝰ aſſiſtat cuȝ
ꝯſecrare voluerit. ꝛ ita ī alijs. ¶ Quibꝰ pre
Ad 1 miſſis videṫ facile ad rōes adductas. Ad
ꝑmā ꝙ illa maioꝛ ſit nimis generalꝭ. ſ. ꝙ oē
qđ ē eſſentialiter ſignū ſit foꝛmaliṫ reſpectꝰ
ſumēdo reſpectū ꝑ eo qđ nō eſt res abſolu/
ta. qꝛ ſpēs ſenſibiliuȝ ſunt eſſentialiṫ ſigna
ſenſibiliū. aīa hois ſignū trinitatis. qꝛ ima

go eius. ꝛ tñ hęc ſunt res abſolutę. ¶ Se/ 2
cūdo dꝛ ꝙ res q̄ eſt character nō plus ſit eſ/
ſentialiter ſignū: q̄ꝫ albedo ſit eſſentialiṫ ſi/
militudo. ſtaret em̄ rē q̄ eſt character: eſſe ꝑ
ſe: ſicut albedinē ſine ſubiecto. ꝛ tūc nō eſſet
ſignū. vel poni in alio ſubiecto in q̄ nihil ſi
gnaret. Sȝ ſi eſt: tūc eſt quędam qualitas
abſoluta impſſa hoī ꝑ deū. ꝑ quā aīa oꝛna
ta exꝑmiṫ aſcripta cōioni fideliū. vel inter
eos aliq̄ ꝓrogatiua inſignita. Et h̄ ad pla
citū omipotētis q̄ potuiſſet eā alio ſigno di
ſtinxiſſe ꝛ adoꝛnaſſe. ſicut ſi ad placituȝ re/
gis cognatis ſuis purpura data ſignū eſſȝ
cognatiōis. ¶ Ad ſecundā ꝑ idē. ꝙ de poten Ad 1
tia dei abſoluta delebilis ſit character ſicut
charitas vel gr̄a de aīa beati. ſȝ ſicut de lege
oꝛdinata illis nūq̄ꝫ auferṫ gr̄a: ita nūq̄ꝫ dele
ri pōt character: dn̄o illū ꝯſeruante. ¶ Ad Ad 3
tertiā. ꝙ nomē rei q̄ eſt character exꝑmaṫ a
nobis. ꝛ eadē res intelligiṫ ꝑ moduȝ ſigni.
nō aūt eſt eſſentialiter ſignū: vt dictum eſt
ſȝ eſt ſignū ad placitū dei oīpotētꝭ: ꝑ illđ di
ſtinguētis in aliq̄ ſacro ꝯuenietes ab alijs
qui illud nō acceperūt. ſicut ad placitū re/
gis illa quę dat inſignia: efficiunṫ ſigna eo
rum q̄ vult mediātibꝰ illis alijs fieri nota.
¶ Ad rōnes factas ꝯtra ꝯclōnē q̄ntā. Ad ad ꝑmā ꝯ q̄ntaȝ ꝯclōnē
ꝑmā cū dꝛ. ꝙ illud qđ eſt immediata ꝛ ſuf/
ficiens diſpoſitio ad gr̄am ſit de ꝑma ſpecie
qualitatꝭ. ꝯcediṫ illa. Et negaṫ minoꝛ. cha
racter em̄ nō eſt diſpoſitio: cū nec ad bonuȝ
nec ad malū diſponat: ſȝ ſolū eſt ſignuȝ re/
cepti boni ſacri. Et ad ꝓbatōȝ negeṫ ꝙ deꝰ ꝑ
characterē infundat gr̄am. No em̄ effectū
ue nec diſpoſitiue: vt dictū eſt: ſȝ ſolū eſt ſi/
gillū impſſuȝ ꝑ deū: quo ſignaṫ ſuſceptō ſa/
cramēti gr̄e. qđ nō licet iterari. ¶ Ad ſecun/ Ad 2
dam rōnē quā facit ꝑ ſcđo dicto ſuo: pt̄ ne
gari maioꝛ ſi placuerit alicui qꝛ ſine dubio
omis ꝟtus theologica eſt ptās a deo tradi/
ta ad principiandū ſpūales opatiōes: nō
tñ ſunt potētię illę ꝟtutes ſȝ habitꝰ: vt om
nes dicūt. ¶ Et eſt ꝯtra rōnem potētię put
eſt de ſcđa ſpecie ꝙ ſit acq̄ſita. ſȝ debet ineſſe a 1
natura: vt dictū eſt. Et ita non eſt de chara
cteribꝰ q̄ acq̄runṫ hoī iā nato in ſacramētꝭ.
¶ Sȝ q̄cq̄d ſit de h̄: negeṫ minoꝛ ꝙ characṫ
ſit ptās a deo tradita ad ꝑncipiandū ſpūa 2
les actiōes: ſȝ ſolū eſt ſignū ſpūalis ptātis
quā q̄s accepit accipiendo ſacr̄m. vel acce
piſſet niſi obicē poſuiſſet. ¶ Ad ꝓbatiōem
illiꝰ minoꝛis dꝛ. ꝙ ſi aliq̄ doctoꝛes ineniaṫ 3
dixiſſe ꝙ character ꝯfirmatiōis tradaṫ hoi

tanq̄ queda̅ poteſtas ad fidei defenſione̅.
illi intelligu̅t ꝙ tradat̃ vt ſignu̅ talis ꝑtatiſ
ſicut purpura q̄ dat̃ cognatis regu̅ .no̅ dat̃
4 vt poteſtas: ſ3 vt ſignu̅ poteſtat; ¶ Jlla a̅t
ptas defenſio̅is q̄ dat̃ i ꝯfirmato̅e e̅ plenitu
do gr̄e: vl' copia gr̄e vt dic̄ mgr̄ diſ. vij. hu/
ius q̄rti. Jlla em̄ plena exiſte̅s facit fidei de
fenſore̅ ſicut factus vir euacuat ea que ſu̅t
paruuli. Eode̅ modo character no̅ eſt pote
ſtas ad fideliu̅ multiplicatione̅: ſ3 ſignum
accepte ꝑtatis ꝑ fideliu̅ multiplicatio̅e vl'
ad.ro̅3 ꝯ dignitat; ſpu̅alis i ordine collate. ¶ Ad ra
ſexta̅ co̅/ tione̅ qua̅ facit ꝯtra ꝑma̅ pte̅ ꝯclionis ſexte
cluſione̅ dicat̃. ꝙ licet ph̄s exꝑmat tertia̅ qualitatis
ſpe̅m: ꝑ paſſione̅ ⁊ paſſibile̅ qualitate̅. quia
iſta ſunt no̅ia mag; nota: abſoluta a reſpe/
ctu. co̅munit̃ ſup pone̅tia ꝑ h̄mo̅i q̄litatib9
tertie ſpeciei. Nihilomin9 no̅ fuerat de me̅/
te ei9 ꝙ ſole ille qualitates eſſent d' tertia ſpe
cie q̄litatis. Ubi em̄ ponerent̃ influe̅tie ⁊ v̄
tutes herbaꝝ ⁊ lapidu̅ inſenſibiles ⁊ actuſ
1 cognoſce̅di ⁊ alie diuerſe qualitates. Erḡ
maior qua̅ mgr̄ nr̄ aſſumit: videt̃ fundari
in fundame̅to no̅ vero. puta ꝙ nulla qua/
litas ſit de tertia ſpecie niſi ſit paſſibilis q̄li/
tas reſpectu alicui9 pote̅tie cognoſcitiue. vl'
2 paſſio. Et licet aliq̄ ita opinati ſint: hoc tm̄
fuit ex min9 debita animaduerte̅tia ad me̅
tem Ariſtotel'. o̅is em̄ qualitas a q̄ imme/
diate ſub̄a nata eſt dici qualis inq̄3tum ſi/
gnat̃ ꝑ nome̅ qualitat; abſolutu̅ a reſpectu
eſt de tertia ſpecie q̄litatis ¶ Septima con
co̅clo.7 cluſio eſt. ꝙ iſte termin9 character eſt de q̄r/
ta ſpecie qualitatis. ꝓbat̃ ſic. q2 termin9 qui
ſupponit ꝑ qualitate inq̄3tu̅ eſt ſigillu3 vel
figura ſpu̅alis: eſt de quarta ſpecie q̄litatis
1 ſ3 hic termin9 character eſt h̄mo̅i. igitur ⁊c̄
¶ Pat3 maior q2 figurato̅es corꝑales ſunt
de quarta ſpecie q̄litatis: vt ph̄s dicit in p̄/
dicame̅to q̄litatis. modo vbi ꝯuenientius
poſſent poni ſeu co̅ꝑhendi no̅ia ſpu̅aliu̅ fi/
2 guraꝝ: q̄3 cu̅ no̅ib9 corꝑaliu̅ figuraꝝ i eade̅
ſpecie. ¶ Et minor patet. q2 vt vult Diony
ſius. Baptiſm9 impꝑmit ſigillu̅ trinitat; ba
ptiſato: vt in ꝑmo articulo p̄cede̅tis queſti
ꝓbat̃.2 onis eſt dictu̅. ¶ Jte̅ o̅mes dicu̅t ꝙ ſit ſignu̅
co̅municatio̅is fidei. tale au̅t neq̄t eſſe ali/
ꝓbat̃.3 ud q̄3 ſpu̅ale ſigillu̅. q̄re ⁊c̄. ¶ Jte̅ dicunt. ꝙ
characteris eſt ꝯfigurare ipi deo. co̅figurare
ꝯfir. au̅t eſt figurare. erit ḡ figura ſpu̅alis. ¶ Co̅/
firmat̃ ſic Qualitates no̅ actiue inq̄3tu̅ im
portant̃ vt ſigna a quib9 ſub̄a d̄r qualis po
nunt̃ in quarta ſpecie q̄litatis. modo cha/

racter vt character eſt h̄mo̅i. igit̃. ¶ Pt3 ma 1
ior. q2 in quarta ſpecie ponunt̃ no̅ia quali/
tate̅ exꝑmentia a qua imediate q̄ntitas d̄r
qualis. ⁊ media̅te quantitate ſub̄a. ſicut tri
angulatio: circul9: paritas ⁊c̄. modo quan
titas no̅ eſt de v̄tutib9 actiuis vel paſſiuis
vt dicit co̅mentator in. iiij. phiſicoꝝ ¶ Mi 2
nor pt3 ex dictis. q2 character ſolu̅ ſignum
eſt aſcriptio̅is ad aliqua̅ dignitate̅ fideliu̅
no̅ au̅t agit ad gr̄am ꝓducenda̅. nec diſpo
nit ad ea̅ recipienda̅. q̄3uis ſit ornamentu̅
regale imp̄ſſum a deo: ſigna̅s aſcriptionem
ad gr̄e receptione̅ ⁊ ad ſpu̅alem dignitate3
ſicut ſi rex purpura̅ daret ſuis cognatis i ſi
gnum ꝯſanguinitat; regie. co̅ſtat ꝙ illa ni/
hil ageret: ſ3 ſignum regie dignitatis eſſet
¶ S3 ꝯtra iſta̅ ꝯclionem arguunt plurimi arg.ꝯ.1.
Primo q2 in quarta ſpecie q̄litatis ſolum
ſunt no̅ia figuraru̅. mo̅ character no̅ eſt fi/
gura. igit̃. pat3 maior ꝑ ph̄m in p̄dicame̅to
qualitatiſ. Eſt em̄ quarta ſpe̅s: forma ⁊ cir
ca aliq̄d co̅ſtans figura. Minor patet. q2
figura eſt q̄ termino vel terminis claudit̃.
mo̅ cu̅ character ſit indiuiſibilis. impoſſi/
bile eſt ꝙ termino vel terminis claudatur.
¶ Scd̄o. q2 in quarta ſpecie ſunt ſolu3 no/
mina a q̄b9 immediate q̄ntitas d̄r qualis arguit̃.2
modo a charactere no̅ d̄r q̄ntitas q̄lis. igit̃
Patet maior. q2 ꝑ hoc diſtinguit̃ q̄rta ſpe/
cies a trib9 ꝑmis. Et pt3 minor. q2 chara/
cter inheret ſubiecto indiuiſibili ſi ſit. ſ. a̅ie
intellectiue. ¶ Forte dicet̃. ꝙ no̅ aliquo re/
ductiuo ſit de q̄rta ſpecie. q2 ꝯfiguratione3 2
ſpu̅ale̅ ſignat. ⁊ ſic reducit̃ ad illa̅. ¶ S3 il/
lud eſt recedere a ꝯclione. q2 analoga non 3
ponunt̃ in ea ſpecie ad qua̅ per ſimilitudine̅
reducunt̃. ſicut homo mortu9 vel pict9 non
eſt homo. ¶ Et tertio. ſupponit̃ falſum in ſe
cunda ꝓbatione ꝯcluſionis ſc3 ꝙ charact̃ Argu.3
non ſit qualitas actiua. quia tu̅c non eſt ſi
gnum. o̅me em̄ ſignu̅ eſt actiuu̅ ſimilitudi/
nis eius cui9 eſt ſignu3. ¶ Sed puto ꝙ hec
non co̅cluda̅t. q̄3uis pungitiua ſint. Pro Nota.1
quoꝝ ſolutione recolendu̅ eſt qd̄ dictu̅ eſt
libro ꝑmo ꝙ no̅ minus ſpu̅alib9 attribuat̃
quantitas ſpu̅alis q̄3 corporalib9 q̄ntitas
extenſionis. Fuit em̄ dictu̅ ⁊ declarat magi
ſter libro ꝑmo. diſ. xix. ⁊. xx. ꝙ deus infinite
quantitat; ſpu̅alis exiſtit: ta̅ in duratione:
quia eternus q̄3 in extenſione q2 immenſuſ
Jmme̅ſo em̄ ſpacio ꝑ eum ꝓducibili coexi
ſtere po̅t. Etia̅ in vigore ſiue pote̅tia. quia i
finitum in exte̅ſione virtute vel perfectio̅e

2 ꝓducere põt.¶ Alie aũt creature ſpũales li/
cet indiuiſibiles ſint: tñ alicui⁹ q̄ntitatꝪ ſpi
ritualis ſunt. tũ in ꝑmanẽtia q̄ꝫ in coexiſtẽ/
tia. q꞉ nõ quãtelibet extenſioni toti coexiſte
re pñt. ſꝫ ſunt in loco diffinitiue. ſicut ĩ ſcdo
Nota 2 de angelis dictũ eſt. q̄ꝫ etiã in potẽtia ¶ Se
cũdo eſt notandũ ꝙ character ſit qualitas
q̄ exp̄mit dignitatẽ vel potentiã ſpũalem.
ad quã aĩa deputata eſt: vt character bap/
tiſmi exp̄mit ꝙ fideliũ numero aſcript⁹ ſit.
qꝗꝫ fidẽ ꝑ ſe vel aliũ ꝓfeſſus ſit. qđ expri/
mit potentiã ⁊ quantitatẽ ſpũalẽ in appre
henſiua ⁊ in affectiua. q꞉ null⁹ credere põt
2 niſi volẽs. ¶ Character ꝯfirmatiõis potẽti/
am ⁊ dignitatẽ exp̄mit ſpũalẽ. ſcꝫ hãc ꝙ pu
3 gil catholice fidei inſtitutus ſit. Character
ordinis eſt ſignũ ſpũalis potẽtie ⁊ quãtita
tis illi⁹ dignitatis ad quaꝫ ordinatus eſt.
Sunt eñ hec ſigilla ſpũalẽ potentiã expri
mentia. quã q̇s deberet hr̄e aſſecutiõe ſacra
Ad 1 mentoꝝ. ¶ Quibꝰ p̄miſſis r̄ndetur ad rati
ones. Ad p̄mã ꝙ maior ſit falſa. q꞉ multa
noĩa ſunt de quarta ſpecie q̄ figurã non im/
portãt: vt rectitudo: curuitas. Nec ph̄us
vult ꝙ ſolũ ſint in ea noĩa figuraꝝ: cũ pari
tas ⁊ imparitas ſint de ea: ⁊ forte raritas et
denſitas. ⁊ ꝓbabile eſt ꝙ etiã ibi ſint lenitaſ
⁊ aſperitas. Sꝫ ph̄s ponit illã orõnem ſcꝫ
forma ⁊ circa aliq̇d ꝯſtãs figura: loco q̄rte
ſpeciei circũlocute ipi⁹ q̄litatꝪ cui⁹ ſpeciei no
2 mẽ incõplexũ nõ eſt impoſitũ. ¶ Sꝫ breui/
ter oĩa illa noĩa ſunt de q̄rta ſpecie a q̇bꝰ im
mediate q̄ntitas dr̄ qualis. Vñ eſſe ſigil/
latũ eſt de q̄rta ſpecie qualis. ⁊ ſigillũ capiẽ/
do ipm̄ ꝑ imagine impſſa. de q̄rta ſpecie eſt
qualitatꝪ: cũ tñ determinatã figurã nõ exp̄/
mat. Et linea recta dr̄ vel curua q̄ nulli⁹ fi
3 gure eſt. Et in ſpũalibꝰ aĩa hoĩs dr̄ recta.
q꞉ ad recte iudicãdũ ⁊ agendũ ſuis poten/
tijs inclinata. imo etiam q꞉ ad recte figure
coexiſtendũ apta. Ita in ꝓpoſito hr̄e cha/
racterẽ dicit hr̄e ſignũ quantitatis ſpũaliſ
ſiue potẽtie ⁊ dignitatꝪ exp̄ſſiuũ. ¶ Ad ſecũ
dam. ꝙ in q̄rta ſpecie ſunt noĩa nõ ſolũ a q̇/
bus q̄ntitas corꝑalis dr̄ qualis: ſꝫ etiã ea
a quibꝰ quãtitas ſpũalis dr̄ qualiſ. modo
aĩa que eſt potẽtia ſpũalis dr̄ qualis ĩ ſua
ſpũali quantitate: puta q̄nte potentie ſit:
charactere vel in credẽdo vel defendendo:
Ad 3 vel aliud ſpũale officiũ exercẽdo Vñ ange
li boni dicunt̃ recti. ⁊ ſic de q̄rta ſpecie. quia
recto tramite vtunt̃ ſua quantitate ſpũali:
2 ad ea q̄ ſunt iuſta. ⁊ ita in alijs. ¶ Et eſt ſi/
mile. ponam⁹ ꝙ aliq̇s eſſet ſpũs q̄ nõ eſſet
nat⁹ coexiſtere niſi q̄ntitati triangulari. q̄/
re nõ diceret̃ ille triangularꝪ q̄ntitatis ſpũ
alis: ſicut de⁹ immẽſus. q꞉ immenſo ſpacio
coexiſtit. Cũ itaqꝫ character dicat quãtita
tem potẽtie aĩe: qua eſt q̄nta ſpũaliter. me
rito in q̄rta ſpecie debet poni. ¶ Ad tertiã. ꝙ Ad 3
ſignũ dꝫ eſſe actiuũ actione ſpirituali. ſ. im
mutare reſpectu potentie apprehẽſiue. ſed
character non dr̄ agere realiter: puta vel ꝓ
ducendo gr̄am vel etiam diſponẽdo ſbie/
ctum de ꝑ ſe ad eius receptiõem: ſed ſolum
habet exprimere ad quantã potentiam ſpi
ritualẽ anima deputata eſt. Hoc de p̄ma ꝑ/
te huius articuli. ¶ Quantũ ad ſecundaꝫ Pars. 2
videndũ eſt. vtrũ character ſit: ⁊ vtrũ im/
primatur baptiſato in accipiendo baptiſ/
mum veraciter. ¶ Ubi eſt prima concluſio Cõclo. 1
hec. Catholice ꝯcedit̃ characterẽ eſſe. Hec
concluſio maxime debet concedi ꝓpter au/
ctoritates adductas pro primo ſuppoſito.
Nam ex quo papa hoc innuit: ⁊ beat⁹ Dio
nyſius hoc dicit: a quo modus loquẽdi ve
nit de charactere. ideo catholicus vt reuela
tis credens merito concedit. ¶ Perſuadet̃
etiã rõne: ficte accedens ad baptiſmũ poſt ꝓba. rõe
receptũ baptiſmũ aliqualiter aliter ſe ha/
bet ĩ anima quo ad ſigna honeſtatis q̄ꝫ añ
baptiſmũ. ⁊ non poteſt dici ꝑ quid ſe habe
at aliter niſi per characterẽ. igit̃ ⁊c̄. ¶ Ma/ 1
ior ꝓbatur. quia ꝑ ꝯſecutione ſalutis eter/
ne non opus eſt ei baptiſmo. quod tamen
ei neceſſariũ fuerat añ. Inciperꝫ eñ baptiſ
mus valere: ſi de fictione ⁊ alijs ſuis crimi/
nibꝰ peniteret: vt dicit magiſter in littera.
Et beatus Auguſtinus libro ſecundo de
baptiſmo contra donatiſtas dicit. ꝙ ei qui
extra vnitatez eccl̄ie baptiſatus eſt: baptiſ/
mus tunc incipit valere ad dimittẽda pec/
cata: cum ad eccl̄ie pacẽ venerit. ergo vtiqꝫ
ꝑ baptiſmũ aliqualiter aliter eſt diſpoſituſ
etiã ſigno honeſtatis q̄ꝫ ante. cum ei tunc
ſufficiat ſola contritio que antea non ſuffi
ciebat. ¶ Minor patet. quia ficte accedẽs 2
nec gratiã nec fidẽ nec ſpem recipit: ſꝫ mor/
tali crimine ſe ledit: in eo qđ ĩdebite ad tã/
tum ſacramẽtũ accedere p̄ſumit. modo tali
ter agenti domin⁹ virtutes non infundit. ⁊
ergo in nullo quantũ ad ea que ſunt hone
ſtatis alteratur: niſi ꝙ ei diſtinctionis fide
lium in aĩma ſignũ datur: ꝓpter quod q꞉
ipm̄ accepit: nullatenus rebaptiſatur. et h̄ Cõclo. 2
ſignum eſt character: vt dictũ eſt. ¶ Scd̄a